7. 3. 287

Digitized by Google

PETRI RAINUTII

PATRICII TIPHERNATIS, ET VOLATERRANI

DE

# JURE NAUFRAGII

*LIBER SINGULARIS.*

*repetam ſtirpem juris a Natura.*

Cic. I. de Legib.

LUCÆ MDCCLXXVIII.

Excudebat Franciscus Bonsignori.

*Cum Adprobatione.*

Ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος.

Venio naufragus, hoſpes, non violandum *hominum* genus.

*Euripides in Helena* Verſ. 456.

Digitized by Google

NOBILISSIMO, ET AMPLISSIMO VIRO

# CAROLO

EX COMITIBUS DE FIRMIAN
DOMINO IN CRONTMEZ, MEGGEL,
ET LEOPOLDSCRON

JOSEPHI II. CÆSARIS,

ET

MARIÆ THERESIÆ

AUGUSTÆ

PP. FF. II.

A CUBICULO, ET A SANCTIORIBUS CONSILIIS
CURSUI PUBLICO IN ITALIA PRÆFECTO,
MANTUÆ, SABULONETTÆ, ET BOZZOLI
PRORECTORI,

IN UNIVERSIS AUSTRIACÆ LONGOBARDIÆ
PROVINCIIS PLENA CUM POTESTATE
ADMINISTRO, SUPREMI REI LITERARIÆ
MAGISTRATUS PRÆSIDI.
&c. &c. &c.

PETRUS RAINUTIUS

D. C.




*Cum primum hanc, qualiſcumque ſit, lucubrationem in vulgus edere,* VIR AMPLISSIME, *cogitarem, quæſitum mihi jus quodammodo vindicare videbar, ſi eam* TIBI *veluti Muſa-*

*rum Patrono ſacram facerem*, & *commendarem. Ea enim in Orbe literario invaluit opinio, Doctiſſimorum omnium firmata conſenſu*, TE *hanc legem* TIBI *ipſi indictam voluiſſe, ut patrocinium, tutelam*, & *præſidium iis omnibus præberes, qui ſtudia colerent*, & *aliquatenus progredi in literis pro viribus conarentur. Ex quo factum eſt, ut* ſub TE ſpiritum, & ſanguinem, & Patriam ſtudia receperint, & *unuſquiſque, qui ſe illis conſecraret, ad* TE *veluti ad aram, Numenque ſuum convolaverit, ita ut Auguſti ſaeculi Mæcenate ſuo læ-*

*ti ſine invidia recolatur memoria. Ah nimium felix Inſubria fuit, cum* TE *primum* MARIA THERESIA PIA, FELIX, AUGUSTA *rei publicæ in ea adminiſtrandæ, ac literariæ regendæ præfecerit; tum enim clariſſime ſe oſtendit lumen animi, & ingenii Tui, qui pari ſtudio ad negotia pertractanda, & artes omnes, ſcientiaſque inſtaurandas converſus, & pacem Populis, & motum, animamque literis, ut ita dicam, in toto Inſubriæ Regno contuliſti, ac ſi quando liberalibus ſtudiis vetuſtiſſima Ticinenſis Academia floruit, nunc maxime flo-*

*ret,*

*ret, quæ tuis auſpiciis regitur, & ſuſtentatur.* Tu *propria ſcientia edoctus quæ profecto optima philoſophandi via ſit, & quantum ad Naturæ myſteria relevanda experimenta valeant, curaſti præcipue, ut in ea pretioſa Inſtrumenta, & machinæ ad phyſica capienda tentamina comparatæ eſſent, Chemiæ exquiſiti labores accurata induſtria, & diligentia perficerentur, rei Herbariæ ſtudium coleretur, Muſæum rerum naturalium copia ditiſſimum, & Bibliotheca optimis libris locupletata doctorum curioſitati, & ſtudio præſto eſſent, qui-*

*quibus, aliiſque adiuta præſidiis eadem Academia novum lumen in diem, celebritatemque conſequitur, & quantum Illi nominis, & ſplendoris, tantum* TIBI *gloriæ, & laudis incrementum accedit. Sed non tantum publicum Muſarum Templum inſtaurare, & exornare in animum induxiſti, privatum ipſis etiam paraſti domicilium, ampliſſimam nempe Bibliothecam, qua nulla fortaſſe aut ditior, aut ornatior inter domeſticas, & privatas unquam fuit, & in quam politicis curis laſſatus quaſi in portum reficiendi, & exornandi animi*

gra-

*gratia* TE *recipis. Hæc nimirum æterna ſunt monumenta virtutis, hæc vera honoris ſimulacra, quæ quidem iis omnibus aucta, quæ* TIBI *Atavorum longa progenies, &* MARIÆ THERESIÆ PIÆ, FELICIS, AUGUSTÆ *favor adiunxit, effecerunt, ut omnes in admirationem* TUI *abripiantur. Itaque quonam clariori nomine, quam tuo hoſce meos literarios labores decorarem, cui validiori patrocinio commendare poſſem? Huc accedit, quod jura, & obligationes, quæ ex naufragio ortum ducunt, cum ab æternis, &*

*ſa-*

*ſacris naturæ legibus haurire, & attingere auſus ſim, eam profe-cto juris diſciplinam ingreſſus ſum, quam* TU *olim ſub Doctiſſimo Juriſconſulto Vitrario Lugduni Batavorum non minori cum laude, quam cæteras omnes diſciplinas aſſecutus es. Tua igitur auctoritate fulcitus in lucem prodire lætabitur Libellus hic, & quidquid illi laboris, induſtriæ, & doctrinæ deeſt, id Nominis Tui amplitudine ſibi vindicabit. Reliquum eſt, ut eum ex conſuetudine Tua comiter excipias, ac veluti obſequentis animi votum amplecti non dedigneris, quod ſi facias*

Su-

Sublimi feriam ſidera vertice,

*& ita mihi animum addes ad majora fortaſſe tentanda cum maturior fuerit ætas, & diuturnior in ſtudiis uſus. Vale,* VIR AMPLISSIME, *ac* TE DEUS O. M. *in Reipublicæ bonum, doctorumque hominum dulce decus, & præſidium velit ſoſpitare. Dabam Lucæ Kalen. Jun. An. R. S. MDCCLXXVIII.*

A D

# AD LECTOREM

## PRÆFATIO.

ILlud eſt Juriſprudentiæ fatum, ut qui ad ſingulas ejus partes illuſtrandas ſummi viri laborant non ab univerſalis Juſtitiæ regulis, & ab illa ſumma lege exordium capiant, ex qua veluti ex uberrimo fonte peculiaris cujuslibet conſtituendi juris ratio promanat, verum quot ejuſdem ſunt Juriſprudentiæ capita, tot diſtinctos juſtitiæ fontes exoriri arbitrantes, innumeras prope legum inducunt ſcientias, ac diſciplinas, quæ ſi propius introſpiciantur, licet nomine diſſentiant, ac pro diverſis hominum circumſtantiis diverſas exinde regulas ſtatuere videantur, attamen ad idem unum, nempe ad æquitatem omnes conſpirant, ac conjurant amice; hinc factum eſt ut dum non bene proviſa, ac diligenter explorata ponunt principia; ſi quid ipſis diiudicandum veniat, quod in Pandectarum, Codiciſque voluminibus peculiariter cau-

tum, exploratumque non ſit, hæreant in ſcopulis, ac veluti ſub illuni nocte tenebris undique obducti deambulantes ubi pedem ponant penitus non inſpiciant, quin immo & ipſas leges civiles minus intelligant, & diverſis caſibus pro variis rerum vicibus rite adplicare non valeant. Quod procul dubio non contingeret, ſi bene perpenſis iis, quibus totum æqui, bonique fundamentum, ac juris univerſi innititur diſciplina, ad ea ipſorum judicia referrent, cum civium litibus, diſſidiiſque componendis de æquitate reſpondent. Eam autem hic loci juris diſciplinam intelligo, quæ, ut bene *Cicero*, non a Prætoris Edicto, neque a XII. Tabulis, ſed ex intima penitus Philoſophia natura duce haurienda eſt; in ea enim univerſalis Juriſprudentiæ doctrina concluditur, ac tota cauſa juris eſt, ac legum, quæ ad ſalutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque omnium quietam, & beatam conditæ ſunt. Ad hujuſmodi ſacratiſſimæ ſcientiæ penetralia accedentes ex iis præcipuos juris, & injuriæ hauſtus attigerunt Philoſophi illi, quorum oracula merito laudantur in Pandectis, quum de publico, privatoque jure conſulentibus reſponderent. Quod ſi animadverterent qui ſe Themidos Sacer-

cerdotes profitentur, exularet aliquando peſtis illa Reipublicæ Leguleiorum ſcilicet, ac Rabularum turba, qui moralium omnium diſciplinarum imperiti ad leges Civiles interpretandas accedunt, earumque intelligentiam ab inanibus, futilibuſque commentis, captioſis verborum tricis, & ſcholaſtica quadam ſubtilitate eruere opinantes totam legum ſcientiam implicant, deturpantque, ac litigandi potius, quam juſtitiæ tradunt vias, ita ut merito *Ciceronis* illud pro *Murena* uſurpare liceat: *Cum permulta præclare a legibus eſſent conſtituta, ea Juriſconſultorum ingeniis pleraque corrupta, & depravata ſunt.*

Illud vero hic animadvertendum eſt, ut cum ad Juris naturæ normam, & naturalem æquitatem legum Civilium interpretationem conformandam eſſe cenſeam non ea negligenda eſſe arbitrer, quæ peculiaria in ſcitis, ac Civitatum inſtitutis conſtituta ſunt, & quæ univerſalis juſtitiæ placita temperant moderanturb Fateor equidem formam regiminis, populorum ingenium, Regionis opportunitatem, aliaque ſexcenta ſuadere aliquando Legumlatoribus ut ea maxima caveant, jubeantque, quæ aptiora ſunt ad cujuſvis populi privatas utilitates, &

Reipublicæ diuturnitatem adſequendam, parum ſoliciti ſi ea ſtrictis naturæ legibus minus cohæreant. Hæc mehercule ab Juriſconſulto in Civili jure interpretando conſideranda ſunt, & hiſce primævæ æquitatis exceptionibus æqui, & iniqui in Civitate accomodanda theoremata. In cæteris autem cum naturæ lex menſura ſit omnium jurium, & obligationum, quas Jus Civile, Romanorum præcipue complectitur, ab ea earumdem legum intelligentia, & interpretatio nobis potiſſimum repetenda eſt, quod Interpretes fere omnes, neſcio quo Juriſprudentiæ fato, neglexerunt. Aliud etiam in Juriſconſultorum libris malum occurrit quod in eo ſitum eſt, ut nunquam ad laudis, & æſtimationis faſtigium pervenire arbitrentur, ſi ipſorum ſtudia, & lucubrationes intra fines propoſiti ſibi muneris circumſcriberent, nec quod aliunde ipſis innotuerat ea occaſione congererent, & venditarent; ex quo factum eſt, ut dum ſuæ ambitioni, & luxurianti, ut ita dicam, ingenio blandientes in alienis undique expatiantur totam juris doctrinam implicent, & conturbent. Juris enim veritates, ut cæteræ omnes eo facilius percipiuntur, quo ſimplicius, & fucis omnibus denudatæ exhibentur.

A Hæc

Hæc duo præcipua Juriſprudentiæ infortunia, quæ, ut innuebam, Juriſconſultorum ingenio moribuſque accepta referre juvat, ea maxime pars juris experitur, quod circa res maritimas, & nautica negotia verſatur. Illi enim qui in eo ſtatuerunt Juriſperiti, veluti *Stypmannus*, *Loccenius*, *Kurikius*, *Peckius*, aliique illud curarunt tantummodo, ut quæ ſparſim in Codicibus legum de Jure maritimo conſcripta invenirent, aut locorum conſuetudine, pluriumve Gentium conſenſu obſervata viderent, colligerent, & cumularent, nunquam, aut raro ſoliciti de primæva illa naturæ lege, cui ejuſmodi leges, & conſuetudines innituntur, & qua duce de earumdem æquitate, aut iniquitate omnis inſtituenda eſt diſquiſitio. Hoc fere omnes maritimi Juris Scriptores neglexerunt, ac tota eorum cura, & ſolertia ad inanem, futilemque eruditionis pompam converſa eſt. Tædet quidem eorum ſcripta legentem *Noachi* navigationemq; *Jani*, & *Saturni* errores, veterum populorum omnium in mari peregrinationes, ipſius nauticæ ſcientiæ ortum, progreſſum, incrementum, maris univerſi naturam, pericula, Vada, Syrtes, cæteraque hujuſcemodi audire, quæ partim ad Hiſtoriam, partim ad Philologiam, par-



Digitized by Google

tim ad Geographiam pertinent, nec hiſce contenti Fabrorum etiam artem invadunt, ac enumerantes qui in ea omni fere ætate præſtiterunt artifices, nec omiſſis *Ptolemæi Philopatoris*, & *Hieronis Syracuſani* excelſis navibus, præcepta tradunt de navium factura, & extructione? Nihil eſt uno verbo quod aliquam ad mare, & navigationem rationem habeat, quod ipſorum patientiæ effugerit & curioſitati: hoc quantum ab Juriſconſulti munere de Juſtitia, & Jure differentis abhorreat nemo non videt.

Hujuſmodi ſcriptorum vitiis mihi de Naufragii jure meditanti occurrendum credidi, ſi planiori, & ſimpliciori, qua licet, methodo naturæ vocem in eo rerum articulo interrogarem, & exaudirem, ac ex illius oraculo jura, & obligationes illorum dimetirer, qui in maximo, quod navigantibus immineat periculo, nempe in naufragio, poſiti ſunt; cum quæ in eo occurrunt miſerrimo infortunio non ad contrahentium voluntatem, ut in cæteris ferè omnibus negotiis maritimis, verum ad unicam naturæ legem, & neceſſitatis jura tantummodo referenda ſunt. Operæ quoque pretium mihi viſum eſt Romanorum leges, & quorumdam locorum conſuetudines circa Naufragantium

jura, & obligationes expendere, ac de ipſarum juſtitia, & injuſtitia juxta naturalis æquitatis normam inquirere. Quod dum pro viribus abſolvam tibi, eruditiſſime Lector, meam de Jure maritimo bene merendi voluntatem ut æqui bonique facias rogo, atque obteſtor.

# DE
# JURE NAUFRAGII
## *LIBER SINGULARIS.*

### CAP. I.

*De Juris Naufragii ſignificatione.*

QUid naufragii nomine veniat facile intelligitur. Audaces homines omnia perpeti, ſi maximæ utilitatis ſpe alliciantur, ſe, ſuaſque res infido committunt pelago, ac extructis navibus maria omnia circum viſunt, perluſtrant, neque regio ulla eſt adeo longinqua, immenſum licet interponatur Oceanum, quo curſum tendere quamque explorare non audeant. Hiſce verum auſis multoties non annuente fortuna dum divitiarum expectatione læti magnum ſibi futuræ felicitatis emolumentum pollicentur, turbantibus æquora ventis, fluctibuſque huc illuc undique ſævientibus, dehi-

ſcunt

Digitized by Google

ſcunt Naves, ad ſcopulos alliduntur, ac in eo ipſo felicitatis limine angores, ærumnas, mortem inveniunt. Horret animus ea tantummodo cogitare, quibus ſævo procellarum, & tempeſtatis incurſu homines obviam eunt: felices heu nimis aliquando qui deperditis rebus, perpetuiſque perfracti laboribus defatigatam, & vix ſpirantem vitam ad littus perducant (1). Huic

---

Cap. 1. (1) Hinc illicitam, improbamque humanæ naturæ navigationem veteres æſtimarunt, quod præcipuæ partim Poetarum phantaſiæ, qui mare veluti monſtrum quoddam depinxerunt, partim Ethnicorum religioni tribuendum eſt. Triſte enim erat antiquis naufragio perire, ne jacentes in arena inſepulti ab inferorum introitu excluderentur, utique vagaturi per vaſtas Orci ſolitudines, quod metuens *Patroclus Achillem* in ſomnis orat, ut ſe quam ocyus ſepultura afficiat apud *Hom. Il. Ψ.* & *Palinurus Æneam* precatur, ut vel ſibi terram iniiciat, vel corpus ſuum ſecum tollat per undas

*Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.*

quo præcipue referendum eſt illud *Horat.* Lib. 1. Od. 18.

*At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ*
*Oſſibus, & capiti inhumato*
*Particulam dare.*

Huc

Huic miſerrimo infortunio *Naufragii* nomen inditum eſt, quod, ſi ipſum vocis etymon per-

pen-

Huc potiſſimum accedebat Stoicorum de anima ignea doctrina, quam in naufragio perimi, & extingui poſſe autumabant, quod primum *Homero* tribuendum eſſe nonnulli arbitrati ſunt. Ita *Servius Æneid. Lib. 1. Ingemit*, ait, *Æneas non propter mortem, ſed propter mortis genus; nam ſecundum Homerum grave eſt perire naufragio; nam anima ignea extingui videtur.* Et *Syneſius Cyrenenſis Episcop.* cum ex Bendidio Cyrenem Pentapolis prope Ægyptum navigaret, tempeſtate imminente: *τὸ Ὁμηρικὸν*, ut ipſe ſcribit, *ἔδραττεν ἐκεῖνο*, ne ſcilicet verum eſſet, ut mortem in aquis ineundo ipſius etiam animæ interitum experiretur. Confer Eruditiſſim. *Petrum la Sena in* Philolog. Differt. de iis, qui in aquis perierunt. Miraris tamen quod his erroribus non implicatus illuſtris *Vaſquius*, aſſererit. Lib. 1. quæſt. illuſtr. Cap. 20. §. 22. *navigationem audere, & captare eſſe contra jus naturale, & contra tutelam, & defenſionem ſui corporis unicuique natura datum*: & alibi *navigare etiam impoſſibile reputatur, nedum nimis difficile, nec quicquam eſt, quod magis ipſi naturæ adverſum pugnans contrarium eſſe intelligatur, quam navigatio.* Cæterum & humanæ naturæ conſentaneam, & utilem navigationem eſſe certum eſt, nec unquam ſatis eos commendandos eſſe cenſeo, qui nauticam ſcientiam ad illud, quo pervenit, perfectionis incrementum perdu-

xe-

pendamus, a navis fractura originem duxiſſe patet.

Ex hoc maritimæ tempeſtatis diſcrimine peculiares quædam oriuntur obligationes, & jura tam in res, quam in perſonas, quæ, quantum licet, ſarta tecta ſervanda ſunt ne rei tam luctuoſæ hominum quoque accedant injuriæ, deteriorque fiat Naufragorum conditio. Nos hujuſmodi jura, & obligationes generali vocabulo *Naufragii jus* dicimus, in quo tamen non tantum quod ex ipſa Navis fractione, & extremo tempeſtatis infortunio juſtum, aut injuſtum

xerunt. Ea enim eſt, quæ commercia promovet inter univerſos homines, eoſdemque ita rerum omnium communione devincit, ut primum illud inter ipſos naturæ fœdus arctius adaugeat, atque adeo univerſum hominum genus in unam quodammodo ſocietatem, & familiam coaleſcat; quamobrem quæ a navigatione commoda, & emolumenta ortum ducunt tanti ſunt æſtimanda, ut quæ in ea occurrunt pericula omnino negligenda videantur. Etenim ſi quod periculis obnoxium eſt naturali juri adverſaretur, vix ullum eſſet negocium, quo licite homines ſe immiſcerent, cum ubique timores, & pericula ſint; ac bene *Heſiod.* Lib. 1. Oper. & dier.

πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.

ſum ortum ducit concludimus, verum etiam quod ejuſdem calamitatis avertendæ cauſa in eo rerum articulo faciendum expedit, & ipſius ratio periculi ad vitæ, rerumque incolumitatem opportunum, & utile ſuadet, ſub jure Naufragii comprehendimus; quod ut clarius intelligatur, *Ciceronis* obſequentes conſilio, cujus eſt ſententia ut omnis quæ ſuſcipitur tractatio a definitione incipiat: *Naufragii jus illud definimus quod omnia jura, & obligationes tam in res, quam in perſonas complectitur, quæ ex ipſo naufragio, aut imminenti periculo competunt unicuique cujus intereſt.*

Romani Juriſconſulti, quibus, ut de *M. Varrone Gellius* ait (2), negocium non fuit ſuperſtitioſe definire, univerſi juris Naufragii ſpecimen nobis non reliquerunt, neque illud in unum, eumdemque locum redegerunt, quandoquidem, quæ de hujuſmodi re apud illos leges ſuperſunt, ſparſim in variis Pandectarum, & Codicis Titulis confunduntur, præcipue vero in L. Rhodia de Jactu, in qua ut *Peckius* in-

(2) I. Noct. Actic. 15.

innuit (3), *illud ſolum tamquam ſcopum conſiderandum voluerunt Conſulti communem an ob utilitatem detrimentum acceptum fuerit*. Nobis autem Naufragii jura ex naturæ lege pro data fide dimetientibus præcipua erit cura Romanorum leges celeberrimas huc pertinentes colligere, & de earum juſtitia, & iniuſtitia judicare. Cui vero potiſſimum Naufragantium jura, & obligationes innitantur principio primum inquirendum eſſe videtur.

CAP.

(3) Ad rem Nautic. Comment. in L. 2. §. 5. ad Leg. Rhod.

## C A P. II.

*De fundamento Juris Naufragii ubi nonnulla de Jure neceſſitatis theoremata.*

NUllum fere eſt in natura legis præceptum, & humanitatis officium, quod fortuita quadam rerum connexione, & quibuſdam poſitis circumſtantiis irritum aliquando, improbumque non inveniatur. Quædam enim in humanæ vitæ curſu dantur tempora, opportunitates, conditiones, in quibus a communi, receptaque juſtitiæ regula optime recedas, quod maxime procedit dum uno, eodemque tempore plura concurrunt officia, quæ inter ſe mutuo colliduntur, nec alterum ſine alterius infractione obtineri poteſt. Hinc ortum ducunt *neceſſitatis jura*, quæ, ut ait *Seneca* (1) *magnum humanæ imbecillitatis patrocinium omnem legem frangit*. Verum, ſi res paulo accuratius inſpiciatur, fallimur potius cum neceſſitate coa-

ñi

Cap. II. (1) Controv. 27. Lib. IV.

ſti legem frangere, & alicui quæſitum jus auferre dicimur. Ubi enim neceſſitas ea ſuadet, jubetque, quæ cæteroquin alicui univerſalis juſtitiæ regulæ adverſantur, aut ea quæ videntur juſtiſſima commutantur, fiuntque contraria, in iis inquam caſibus generalis potius regulæ exceptio, quam violatio merito dicenda eſt (2): ſiquidem exceptionum ea vis eſt, ut obmuteſcant leges, & quodammodo ſuſpendantur: quapropter adparens tantum ſit injuria, ſed re ipſa vero legis præcepto, & naturæ voci parent homines, obtemperant; abſurdum nimirum foret, ſi dum leges inter ſe invicem colliduntur, eadem vis omnibus, & auctoritas inhæreret (3).

Ex his neceſſitatis juribus omnes fere exhauriendæ ſunt leges, quæ in Naufragio tam in res, quam in perſonas locum obtinent. Quid enim

---

(2) Vid. *Barbeyrac.* in n. 4. ad *Puffend.* Droit de la Nat. & des Gens Liv. II. Ch. 6. §. 2. & *Titium* Obſervat. CXLI.

(3) Vid. *Puffend.* de jure Nat. & Gent. Lib. II. Cap. 6. & *Joan. M. Lampredi* Jur. Pub. Univ. P. II. Cap. 18. ubi elegantiſſime, & ſolidiſſime neceſſitatis jura exponuntur.

enim aliud quam neceſſitas mihi tabulam abripienti, ut vitæ meæ conſulam, alios excludendi violenta quoque manu jus tribuit? Quid ſi qui in Scapham conſcenderint, ne ſuo pondere ipſa ſubmergatur, cæteros impune ab ea arceant, & ſubmoveant illoſque evidenti fato committant? Quid ſi plures, quam ipſa ſufferat, eam occuparint ſe invicem ſine iniuria in gurgites impetu facto deiiciant, expellantque? Quare, cum levandæ navis cauſa ingruente tempeſtate jactus indicitur, res alienas abripit Nauclerus, eaſque nulla habita dominii, & proprietatis ratione in mare proiicit (4)? Hæc omnia, cæteraque hujuſcemodi neceſſitati accepta referenda ſunt, nec alicui imputanda, cum Naufragium vi ventorum, ſive ut Græci loquuntur θεῷ βίᾳ adſcribatur: quod cum ita ſit nonnulla ſtatuenda ſunt de jure neceſſitatis theoremata, quorum auxilio facilius Naufragantium jura, & obligationes intelligere poſſimus, cum compertum jam illud exploratumque ſit,

 cla-

(4) *Senec.* loc. cit. *Neceſſitas eſt quæ Navigia jactu exonerat: neceſſitas eſt quæ ruinis incendia opprimit: neceſſitas eſt lex temporis.*

clarius percipi rerum ſcientias, ſi ab earum principiis capiamus exordium, quod etiam eo magis a nobis præſtandum eſt, cum multi neceſſitatis prædicent privilegia, pauci vero eorum naturam, fundamentum, & menſuram intelligant.

Illud autem hic loci prætereundum non eſt quod in naturæ Codice quædam ſunt tantæ rei, & ponderis leges, ut cæteris omnibus præſtent, & eas antecedant, ac ſi fortuito cum illis collidantur, eæ ſemper vigeant & anteponantur, alteræ vero penitus conticeſcant, & extinguantur. Hoc procul dubio leges obtinent illæ, quæ magis adaugent, promoventque finem, & conſilium, quod natura in ſuis conſtituendis legibus ſibi propoſuit, & quod totius humani generis beatitudinem, tranquillitatem, & felicitatem præcipue contemplatur (5); quamobrem ſi in

(5) *Que ſi enfin l'oppoſition ſe trouve entre deux devoirs, qui nous concernent nous-mêmes ou entre deux devoirs de la ſociabilité, on doit préférer celui qui eſt accompagné de la plus grande utilité, comme étant le plus important. Burlamaq.* Princip du Droit Naturel. P. II. ch. 4. §. 22. n. 4. Vid. *Barbeyrac.* ad *Puffend.* Droit de la Nat. & des Gens. Liv. II. ch. 3. §. 15. n. 5.

ſi in ea ſim neceſſitate conſtitutus ut ex duabus legibus uni tantum, aut alteri ſatisfaciendi mihi ſit facultas, dubium non eſt quin ei potius obſequar, quæ propius, quam altera ejuſmodi fini accedit, illumque magis, magiſque conſequitur. Hujus veritatis fecundiſſima ſunt conſectaria, quæ ſi ad practicam redigantur juſtitiam facili negotio innumeræ expediri poſſunt controverſiæ, quæ naſcuntur inter homines, & quæ multoties eos adeo perturbant, & faciunt ancipites in rebus agendis, ut an unam, alteramve actionem committant aliquando penitus ignorent.

I. *Natura, ſi cui legis implendæ obligationem imponat, ei quoque jus tribuat neceſſe eſt iis omnibus utendi, quæ unica ſunt media ad obligationis implementum.*

Cui enim bono legis præceptum, ſi quominus illud expleam ex ipſa lege impediar? Hinc in extrema cibi penuria, ſi in navi ſim, ac fame laborem, nec ullum mihi medium ſuperſit ad vitæ ſuſtentationem, ratio quidem eſt cæteros adeundi ut mihi eſurienti ſubveniant, at ſi diu, fruſtraque duros animos

tentarim, neque ad commiſerationem inducere potuerim, adeo ut in alimentorum abundantia aliquid unde vivam indigenti mihi denegent, dubium non eſt, quin poſſim furtim eripere, aut armata manu & per vim eos adigere ut cibaria conferant; Cum enim nullo alio pacto naturalem obligationem ſervandæ vitæ adimplere poſſim, id licitum eſſe ex ſuperiore theoremate certum eſt (6), ac bene ſenſit *Grotius* qui docuit (7) *in graviſſima neceſſitate re-*

(6) *Neceſſitas cogit quod non habes aliunde ſumere. Cic.* lib. 3. de Orat. Vid. *Didac. Covarruv.* in Cap. Peccatum. P. II. §. 1. n. 3.

(7) De Jure Belli, & pacis. Lib. II. cap. 2. §. 6. ubi tamen verum hujus æquitatis fundamentum non detexit vir cæteroquin doctiſſimus, qui voluntati eorum, qui primi ſingularia dominia introduxerunt acceptum refert jus utendi rebus alienis ſi in extrema neceſſitate quis fuerit conſtitutus; eam enim mentem humani generis fuiſſe ſupponit in prima inſtitutione dominii, ut caſum neceſſitatis exciperet, adeoque ex hominum conſenſu, ſcilicet ex pacto, irrita tunc fieri proprietatis jura deducit, & antiquam communionem denuo reviviſcere. Sed vaga nimis, infirma, & incerta eſt *Grotii* coniectura, ac ex aliis principiis, nempe ex ipſa natura deducenda ſunt neceſſitatis jura circa res alienas,

*revivifcere jus illud priſtinum rebus utendi tanquam ſi communes manſiſſent, quia in omnibus legibus humanis, ac proinde in lege dominii ſumma illa neceſſitas videtur excepta.* Hac ex æquitate motus *Paulus*, & hujuſmodi caſum peculiariter conſiderans in *L.* 2. §. 2. *ff. ad L. Rhod.* poſtquam a contributione jactus cauſa cibaria fecit immunia, *eo magis*, inquit, *quod ſi quando ea deficerent in navigationem quod quiſque baberet in commune conferret*. Illud vero cavendum eſt ne dominus quoque fame conficiatur: tunc enim iniuria ages ſi cibum abſtuleris, qui illi ad vitæ incolumitatem ſupererat, quia in pari cauſa potior ipſe haberi debet,

 eique

nas, quod inferius accuratius expendemus. Abludit igitur a vero *Henricus Coccejus*, cui & *Samuel* filius ſubſcripſit in Comment. ad h. l. qui dum falſam omnino *Grotii* ſententiam reiicit, eo uſque dominii, & proprietatis jura perduxit, ut nullo unquam caſu neceſſitatis ea infringere, aut imminuere alicui permiſſum ſit. Vid. *Zieglerum* in not. ad *Grot.* dict. cap. §. 7. *Nibil eſt*, ait Imp. *Valentin.* Novel. XI., *ad quod non deſperatio ſalutis impellat. Nibil turpe, nibil vetitum credit eſuriens. Sola cura eſt ut qualicumque ſorte vivatur.*

eique quæſita jura ſarta tecta ſervanda ſunt, quod in ſequenti clarius innoteſcet (8).

II. *Si quis, ut naturali obligationi ſatisfaciat alterius debet jus abſolutum infringere, ab ea actione æquum eſt ut abſtineat, eademque ceſſat obligatio.*

Si me, puta, inimicus armata manu, & corporis viribus, & armorum præſtantia validior inſequitur, ita ut unica ſpes ſalutis in fuga poſita ſit, innocentem ne hominem in anguſtiſſima via occurrentem ſtricto gladio aggrediar, & transfodiam ob eam cauſam, quia impedit ſine culpa, quominus imminens periculum effugiam? Iniuſtus ero ſi faciam, illique vitam eripiam, ad cujus conſervationem jus natura tribuit abſolutum, quod comminuere, aut infringere mihi vetitum eſt. Erravit igitur *Grotius* (9) dum inquirens, an & innocentes, qui interpoſiti defenſionem, aut fugam ſine qua eva-

(8) Confer *Puffend.* De Jure Naturæ, & Gent. Lib. II. Cap. VI. §. 5. 6. 7.
(9) Lib. II. Cap. I. §. 4.

evadi mors non poteſt, impediunt, transfodi, aut obteri poſſint. *Et certe*, ait, *naturam ſolam ſi reſpicimus multo apud eam minor eſt ſocietatis reſpectus, quam propriæ ſalutis cura.* Non enim ſocietatis intuitu, quæ in ſpecie futilis, & inanis ratio eſt, ſed juris abſoluti cauſa, quod cuique ad vitæ conſervationem natura tribuit, ab aliena nece abſtineat oportet (10). *Puffendorfius* adeo ſententiam ſuam temperavit, ut nec ipſum jure egiſſe, qui innocentem occidit, nec omnino condemnandum eſſe exiſtimaverit (11). Nobis quoque fatendum eſt in tanta animi perturbatione, tantoque vitæ diſcrimine dum omnia aguntur voto præcipiti nullam fere libertatem conceſſam eſſe alicui interrogandi rationis dictamina, ac inquirendi de ſummo jure, proindeque excuſatione potius, quam pœna eum dignum cenſemus, qui in eo rerum articulo alteri mortem infert.

 Su-

(10) Vid. *Samuel Coccej.* in Comment. ad *Grot.* l. cit. & *Henric.* Exercit. II. ad Grot. de J. B. & P. §. 183. & ſeq. qui ſententiam ſuam mutavit, & huic noſtræ ſubſcripſit.

(11) De Jure Nat. & Gent. Lib. II. Cap. 6. §. 4.

*Suprema pericula ſemper*
*Dant veniam culpæ.*

Sed alia eſt commiſerationis, alia ſummi juris ratio.

III. *Si duobus immineat vitæ periculum, adeo ut alterutri pereundum ſit, nemo alterius ſecuritatem ſuæ anteponat; ſed ſibi potius conſulat naturæ lex jubet.*

Cum enim unicuique jus ad vitam non hypotheticum ſed conſtans, perpetuum, & abſolutum natura conceſſerit, conſequens eſt, ut quantum licet eam defendere, & tueri obligetur; quamobrem ſi cætera paria ſunt ſibi quiſque potius ſtudeat, quam alteri: jubemur quidem proximum diligere, ac illius felicitatem, quoad moraliter fieri poteſt promovere, at primum conſervationis noſtræ cura demandata eſt; ordinata quippe charitas incipit a ſemetipſo, proindeque neceſſitas vim juſtam facit: quilibet enim qui perfecto naturali jure gaudet dum illud exercet nemini iniuriam facit, ſed ſuis etiam confiſus viribus illud exercendi faculta-

tem

tem vindicare poteſt. Cavendum vero eſt, ut æquale ſingulis immineat vitæ periculum, ac cætera paria ſint, quoniam ſi cui ſingulare jus eſſet, quo alterum antecederet, tunc ad illius ſingularis juris normam actiones ſuas quiſque ex lege naturæ componeret, & ſi alias ageret a naturali æquitate, & juſtitia diſcederet.

His poſitis principiis quonam extendantur navigantium jura, & obligationes in naufragio, facili negotio conſequi poſſumus, quæ, ut ſuperius innuimus, cum referantur ſive ad res, ſive ad perſonas primum quid iis, qui tanto conflictantur diſcrimine propriæ ſecuritatis ratione permiſſum ſit, inſpiciamus.

CAP.

## CAP. III.

*De ſui ipſius in Naufragio conſervatione.*

QUæſitum eſt an exorta tempeſtate, & furentibus Auſtris cum levandæ navis cauſa pro omnium incolumitate jactus faciendus eſt alterius vitæ inſidiari liceat, atque ut pretioſiſſimæ res ſerventur aliquos ex navigantibus in mare præcipites agere liceat, quod quidem improbum omnino, ac naturali juri contrarium aſſerimus. Duæ enim inter ſe leges naturæ colliduntur, altera quæ tibi jus confert eas res ſervandi, quæ in dominio tuo ſunt, altera qua juberis alterius vitæ, & ſecuritati religioſe proſpicere, in quarum colliſione lex de alterius ſalute non lædenda anteponenda eſt, neque dominii, & proprietatis ratio eo uſque extendi debet, ut viliſſimi etiam hominis ſalutem antecedat. Sanctum quoddam eſt omnium vita, & ſecuritas, quam lædere, aut violare nefas omnino eſt, neque adeo vilis eſſe poteſt externus alicujus hominis ſtatus, aut conditio, ut humanæ naturæ dignitas, & pretium obſcu-

obſcuretur (1). Hinc falſiſſimæ de ſervorum natura, & conditione apud Romanos opinioni acceptum referre juvat *Hecatonis* dubium apud *Ciceronem* (*de offic. lib.* 3. *cap.* 23.) *Si in mari jactura facienda ſit, equi ne pretioſi potius jacturam faciat, an ſervuli vilis*, cui adpoſite idem *Cicero*, *hic alio res familiaris, alio ducit humanitas*. Eadem quidem omnium ſocietas eſt, & conjunctio naturæ, eadem naturalium jurium, & obligationum vincula, quæ pro diverſis hominum conditionibus, & circumſtantiis infringere, aut diſſolvere improbum eſt (2). Celebris eſt *Jonæ* navigatio, qui cum ſe in cauſa eſſe fateretur, quo navigium ſæva tempeſtate compulſum eſſet, idque antea immiſſa ſorte (ut illi opinabantur) palam fieret oratione ad Deum præmiſſa, eum Socii fluctibus ſubmerſerunt (3); quod ſtatim ac factum

eſt,

Cap. III. (1) *Deus enim, qui homines generat, & inſpirat, omnes æquos, ideſt pares eſſe voluit. Eamdem conditionem vivendi omnibus poſuit. Lactant.* Divin. Inſtit. Lib. 5. Cap. 14.

(2) *Et cum inter nos cognationem quamdam natura conſtituit, conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas: Florent.* in L. 3. ff. de Juſt. & Jur.

(3) *Jon.* C. I. v. 7. 12. 13. 14. 15.

eſt, ut ſuæ tranſgreſſionis ad divina juſſa pœnam lueret, atque ut Dei voluntas, quæ miraculoſe quodammodo eluxit, perficeretur, improbandum non eſt, alioquin injuſtam, improbamque actionem commiſiſſent; quandoquidem caveant homines ut Dei voluntatem, & judicia interpretantes, ac illius vindices ſe profitentes, & adminiſtros naturæ leges, & humanitatis officia prætermittant. Horreſcit animus tantummodo meminiſſe, quantum anteactis ſæculis ſuaſit Religio malorum. Hodie vero adeo ſanioris Philoſophiæ lumen affulſit, ut qui tam ſævo ſanctitatis æſtuans igne innocuum licet alienæ Religioni addictum hominem ob naufragii metum in mare deiiceret, ordinaria pœna afficeretur, quæ præcipue in lege Aquilia conſtituta eſt: *Si quis de ponte aliquem præcipitavit, Celſus ait, ſive ipſo ictu perierit, aut continuo ſubmerſus eſt, aut laſſatus vi fluminis victus perierit lege Aquilia teneri: quemadmodum ſi quis ſuxa puerum ſaxo illiſiſſet* (4). Hæc

(4) L. 7. §. penult. ff. ad L. Aquil. & §. ult. Inſt. tit. eod. Vide *Joan. Loccen.* de Jur. Marit. Lib. II. Cap. 7. §. ult.: *Si quis in aquas præcipitatus ſit eadem lege vin-*

Hæc quidem omnia vera ſunt ſi non urgeat neceſſitas, ac ſine ullo propriæ ſecuritatis diſpendio obtineri poſſint: verum ſi res ita ſe habeat, ut quum alterius ſalutẽ velim conſulere, mihi ipſi mortem inferam, diverſimode diiudicandum eſt. Creſcit ex. gr. eo uſque procellarum incurſus, ventorumque rabies, ut demum fatiſcat navis, ac diſperſæ tabulæ, fluctibusque huc illuc ſupernatantes ultimum præbeant navigantibus præſidium, quo miſerrimo letho evadant, ac ſubtrahantur. Felicior aliquis inter vitæ, mortiſque vias tabulam abripit, illique ſiſus incolumitati ſuæ conſulit. Dubitatum eſt an potior alter viribus vim inferre poſſit, illoque e tabula expulſo, eam occupet, mortemque ut effugiat conſcendet: *ſi ſapiens eſt faciet*, ajebat *Carneades* (5), *etſi mori maluerit jam non juſtus ille*, *ſed ſtultus*, *qui vitæ ſuæ non parcat*, *dum parcet alienæ*: Hujuſmodi ſententiæ falſitatem, & ſtultitiam facile conſequi poſſumus, ſi huc revocentur, quæ ſupe-

*vindicabitur*, *qua ille*, *qui ferro percuſſus ſit*. *Quintil.* declam. 350.

(5) Apud *Lactant.* Divin. Inſtit. lib. 5. cap. 16.

perius in ſecundo theoremate poſuimus. Si enim naturalis obligatio ceſſat, cum actio illa, quæ nos ducit ad obligationis implementum alterius juri abſoluto repugnet, apertiſſime patet iniuria illum agere, qui tabulam ab altero occupatam eripit, ac violentas manus in eum infert: hoc quippe caſu ſilet quodammodo, & obmuteſcit naturæ lex, quæ illi ſalutis ſuæ curam, & vitæ conſervationem commendat. Quæſitum enim alteri eſt jus ſingulare, quia ſcilicet primus tabulam occuparit, ex quo fit, ut non æqualia jura utrique competant, ſed alter potior dicendus ſit; cujus rei tanta vis eſt ex propoſito juſtitiæ principio, ut alteri impedimento ſit quominus vim adiiciat ſine injuria, tabulamque eripere licito poſſit. Nam etſi verum eſt generaliter, quod ipſe docebat *Carneades*, omnes & homines, & alia animantia ad utilitates ſuas natura ducente ferri, intra fines tamen juſtitiæ, & rationis utilitates hominum circumſcriptæ ſunt. Comparatum illud, exploratumque eſt in morali diſciplina, quantum in altero juris, & facultatis accedere, tantum alteri imminui, ita ut negativum aliquid, obligatio nempe oriatur, alioquin contradictoriæ eſſent naturæ leges, quod foret abſurdum. Neque

que

que hic reponenda ſunt quæ in tertio theoremate de jure neceſſitatis conſtituimus. Ille enim qui tabula potitus eſt, ſi non expers omnino ſit periculi, attamen quoad alterum, qui certo periturus eſt in meliori cauſa habendus eſt, eique ſpes aliqua ſalutis ſupereſt, quæ quidem aliquid eſt quod ſupputetur, adeo ut non eadem conditio, non idem uni, & alteri malum immineat cur illud uſurpare liceat, ſi nempe duobus æquale immineat periculum quiſque ſibi potius, quam alteri conſulat. Ex quibus luculenter adparet, eum, qui tabulæ inſidet, alterum ſibi ipſam auferre contendentem quocumque modo, vi quoque adhibita propellere, & in gurgites eiicere jure poſſe, cum ipſe ab injuſto aggreſſore non differat. Mirum igitur videtur, quod *Carneadis* ſententiam, eodem teſte *Lactantio*, Roma quoque miraretur, ita ut quæ aſſertioni ſuæ demonſtrandæ Philoſophus dictitabat ἄτοπα viderentur, nec ipſe *Cicero* iis refellendis ſufficeret. Ipſe quoque *Lactantius* rem expedire aggreſſus eſt, ſed (ut cæteri Eccleſiæ Patres, quum moralium diſciplinarum dogmata, & Ethices principia pertractarunt) omnem ad Theologicos ſenſus quæſtio-

ſtionem refert (6), illamque ex Chriſtianæ Religionis præceptis, & inſtitutis dimetitur, de quibus inquirendum hic loci non eſt; de ea enim æquitate, & juſtitia ſolliciti ſumus, qua totum hominum genus devinxit, conſociavitque Natura nulla habita peculiaris cujuſvis Religionis, aut ſectæ ratione.

Alia hic proponuntur problemata, ſi ſcilicet rupta, & abſciſſa nave cum plures ſcapham conſcenderint, cæteros jure ab ea ſubmovere poſſint, ne nimium oneretur, ac exceſſu ponderis ſubmergatur: aut ſi jam illam occuparint, adeo ut magis, quam par eſt onerata fluctibus ſuperari, & in profundum ruere videatur, quid juris ex imminenti periculo inter ipſos oriatur.

Quoad primam quæſtionis ſpeciem, ſi eadem rationum momenta quæ huc uſque de Naufragii Tabula expendimus huc revocentur, facile explicari poterunt, quæ ſint omnium jura, & obli-

(6) *Nobis autem facilior eſt iſta defenſio, quibus cœleſti beneficio familiaris eſt, ac penitus nota juſtitia*: & paulo poſt: *noſtrum opus certius ſit neceſſe eſt, quos Deus docuit*: *Lactant.* ibid. cap. 17.

obligationes. Altera vero, cum nempe omnes Scaphæ potiti ſint, aliud examen requirit, quod ut recte inſtituatur, quæ conſulto in tertio theoremate a nobis conſtituta ſunt hic rurſum repeti debent.

Conſtituimus igitur veluti certum exploratumque veritatis principium, ut ſi duobus immineat malum aut vitæ periculum nemo alterius ſalutem, commodumque ſuo præferat, ſed ſibi potius conſulat. Quæ cum ita ſint quid juris inter eos oriatur, qui ſcapham occuparunt, facillime patet. Sors eadem omnium eſt, eademque conditio: Omnes confligantur vitæ diſcrimine, omnibuſque mortis imminet malum, quod effugere nemo poteſt, niſi aliquorum jactura ſcapha exonerata cæterorum incolumitati ſufficiat: Hinc ſalus alterius alterius morte vindicanda eſt; ſed omnes æqualia jura habent ad vitæ ſecuritatem, omnibuſque illius ſervandæ obligationem impoſuit Natura, vis ergo inter ipſos licita eſt, ac unuſquiſque vires ſuas experiatur oportet, ut cæteros in mare proiiciat, ſimulque ſcapham exoneret, cum illud unicum ſit medium, quo mortem evadat, & cum ſibi potius, quam alteri conſulendi naturali obligatione teneatur: neque hic obiicies, quod præ-

ter culpam, ac regimen inculpatæ tutelæ alicui necem inferre Naturæ Lege prohibemur. Quid intereſt proxime perituro, an periculum quo laborat alteri imputetur necne, cum hic in cauſa ſit directe, & immediate cur ille vitæ ſuæ detrimentum patiatur? Quod enim Natura permittit ob tutelam ſui corporis non pœnæ nomine, ſed malum ejuſmodi avertendi cauſa tantummodo licitum eſt, quapropter alterutri in caſu noſtro cum pereundum ſit, quiſque ſalutis ſuæ curam, ſtudiumque præponere jubetur, adeoque aliena nece propriæ vitæ conſulere. Quod ſi quis in eam iret ſententiam, ut arbitraretur, illud eſſe Naturæ conſilium, ut ſua cuique calamitas ferenda ſit, omnes æque perirent, cum ſcapha, ex conceſſis, omnibus ſuſtinendis impar ſit, quapropter iſtiuſmodi ſententia magis iniquitatis, quam noſtra ſaperet, cum nos eos ſaltem volumus incolumes, qui validiores, quam cæteri vires a Natura compararunt. Neque quæ huc adduximus rationum momenta cum iis colliduntur, quæ de Tabula Naufragii paulo antea conſtituimus. Maximum quippe intercedit diſcrimen inter eos, qui ſcaphæ potiti ſunt, illumque qui primus Tabulam arripuit. Illi enim in eodem ſunt rerum articulo,

lo, & circumſtantiis, eadem omnium conditio eſt, omnibuſque æqualia jura competunt, verum illi, qui Tabulam occupavit, jus quæſitum eſt, ac quoad alterum in meliori conditione poſitus, & quodammodo expers periculi dicendus eſt, proindeque non æquale ambobus imminet malum, eademque ambo iniqua ſorte laborant. Animadvertendum vero eſt, ut ſcapha ad neminem eorum, qui eam inſilierunt, jure dominii, & proprietatis pertineat, nam ſi cui hujuſmodi jus ſingulare quæſitum eſſet, tunc cæteri ad illius juris normam actiones ſuas componentes propriæ etiam ſalutis diſpendio domini vitam ſartam tectam ſervare jubentur. Ille enim, qui dominii, & proprietatis jure cæteros antecedit, iiſdem regulis, legibuſque non ſubiicitur, quin immo cæteros, ſi ſaluti ſuæ expedire videatur, a ſcapha ſubmovere, iiſque humanitatis officium jure meritoque denegare poteſt: *In pari cauſa*, ut bene Juriſconſultus, *poſſeſſor potior haberi debet* (7).

 CAP.

(7) L. 128. ff. de div. Reg. Jur.

## CAP. IV.

*De Jactu, & Avaria.*

HActenus navigantium jura, & obligationes quoad propriam tutelam, & ſecuritatem expendentes, eos nonniſi in ſummum periculum adductos, ac extremo vitæ laborantes diſcrimine conſideravimus, quo caſu, ſi nullum aliud minus luctuoſum ſalutis experimentum capiendum ſuperſit, alterius etiam vitæ rationem non habendam eſſe demonſtravimus. Sed ea non eſt adeo iniqua navigantium conditio, ut vix exorta tempeſtate ſpem omnem demittant, navis rumpatur, & omnia ad extremum uno eodemque tempore perducantur: non illico

*Deficit ars animique cadunt, totidemque videntur*
*Quot veniunt fluctus ruere, atque irrumpere mortes.*

Diu enim, multumque inter ſpei, & timoris cauſas fluctuantibus plura nautis ad ventorum ra-

rabiem, ac fluctuum incurſus pellendos ars ipſa, & opportunitas tentanda ſuadet, quæ quidem multoties adpoſite, & ſecunda fortuna experiri fas eſt; Jactus mercium, & rerum, quæ in navi inveniuntur (triſtiſſimum tempeſtati ſacrificium) maxime navi ipſi ſervandæ, omniumque incolumitati confert, quin immo unica aliquando via eſt, qua mortem imminentem effugiant, ex quo ſequitur, hujuſmodi jacturam ea calamitate neceſſariam eſſe: præſtat enim conſulere vitæ diſpendio rerum, quam ſimul cum rebus interire; neque ulla habenda eſt dominii, & proprietatis ratio, cujus ſane jura irrita tunc fiunt, & obmuteſcunt naturæ leges, quæ actiones hominum circa res alienas moderantur. Hoc præcipue ex primo de Jure neceſſitatis theoremate liquet, quod in præcedenti capite adnotavimus, ubi certum illud ſtatutum eſt univerſalis juſtitiæ principium, *Naturam, ſi cui legis implendæ obligationem imponat, ei quoque jus tribuere neceſſe eſſe ad ea omnia, quæ unita ſunt media ad obligationis implementum*; atqui in caſu Naufragii unica via, qua ſervandæ vitæ obligationi nautæ ſatisfaciant in rei alterius jactura poſita eſt, eam ergo perdendi, aut ejiciendi jus illis, & facultatem conceſſam eſſe natu-

rali lege, dicendum eſt, alioquin & ipſius ſervandæ vitæ obligatio ceſſaret, quod foret abſurdum, cum ea ſit in unoquoque conſtans, perpetua, & abſoluta. Neque hic obſtare videtur, quod in ſecundo theoremate veluti limitationem quamdam generali regulæ adpoſuimus, omnem ſcilicet obligationem prorſus evaneſcere, ſi ut ea impleatur quis alterius jus abſolutum infringere debeat; proprietatis enim & dominii jura non abſoluta, ſed hypothetica ſunt, quod ut clarius intelligatur, ea fuit mens naturæ, & conſilium in prima inſtitutione dominii, ut facilius homines diuturno rerum uſu, & non interrupta poſſeſſione vitæ conſervationi, & incolumitati conſulerent; hinc lex lata eſt, ut nemini invito eripiatur dominium rerum ſuarum; at ſi quando ejuſmodi lex, ut in propoſita ſpecie uni, aut pluribus ſit nocitura obmuteſcit quodammodo, & ſi a re aliena non abſtineas, juſtam, & honeſtam, ac legis ipſius conſilio conſentaneam actionem committis, quandoquidem ob eam cauſam dominium permiſit natura, ut ſinguli vitæ tranquillitati, & ſecuritati conſulerent. (1) Neque hoc recedenden-

Cap. IV. (1) Legem enim eo pacto non violas, ſed potius interpretaris.

dendi a generali lege jus a natura tributum dominii ſubſtantiæ, & indoli acceptum referendum eſſe putandum eſt; omnes leges enim tum naturales, tum civiles hypotheticæ ſunt, ſuaque vi, & auctoritate carent, ſi in tempus incidas, quo fini, & objecto naturæ, aut Legumlatoris adverſentur, & cum aliis collidantur, quod præcipue ex neceſſitatis jure deducitur.

Igitur dubitare nemo poteſt, quin nautæ, ſi navis preſſa onere & ſuborta tempeſtate jactata ſolum habet ex damno remedium, merces, & res alienas, quæ in navi ſunt, ſine injuria in mare proiiciant, ac earumdem jactura propriæ vitæ conſulant. Sibi enim adverſantur in eo caſu obligationes duæ, altera qua vitam ſerventi, altera qua rebus alienis abſtineant, quarum colliſione propriæ conſervationis legem uſque obtinere, alteramque omnino exulare non ambigitur. Ita adpoſite Juriſconſultus: *nulla actio de damno injuria dato competit contra eum, qui merces ejecit* (2).

Verum ne quis credat ut mox turbato mari, primo ſtridore rudentium, ac vix curvantur ar-



(2) L. 14. in princ. ff. præſcrip. verb.

bores, gemuntque gubernacula, gubernatoris, aliorumque nautarum arbitrio temere, & inconſulto, aut levi, & vano metu jactus fieri debeat, cæteriſque intentatis artis nauticæ remediis illico hujuſmodi triſtiſſimum ſalutis periculum experiri liceat, ita ut mercatores, ceterique rerum ſuarum jacturam, & detrimentum abſque neceſſitate miſerrime patiantur: res etenim redacta ſit oportet ad illud periculi momentum, temporiſque articulum, quo unica ſpes ſalutis in levamento navis, atque adeo in rerum jactura poſita ſit; atque ita intelligendus eſt textus in L. 2. §. 2. D. ad Leg. Rhod. *tempeſtate*, ſcilicet, *gravi orta neceſſario jactura facta erat*. Quamobrem plurima locorum leges, & conſuetudines obſervanda præcipiunt, quæ jactus libertati modum ponunt, & quæ nobis hic loci enumeranda ſunt veluti jactus doctrinæ eſſentialia, cujus uſus in commercio maritimo frequentiſſimus eſt.

Primum ea eſſe debet naucleri, nautarumque cura, & ſollicitudo omnia artis adjumenta, & operam adhibendi, ut navem ſervent ſine mercium, rerumque diſpendio: verum ſi periculum immineat, & jactus tantummodo omnium ſaluti expedire videatur, tunc de illius neceſſitate

mer-

mercatores, vectoreſque certos facere jubetur magiſter navis, & cum illis de jactus modo in commune conſulere (3). Hoc fere omnium populorum, quod ſciam, maritimis legibus & inſtitutis cautum, proviſumque fuit, quod & commercii utilitati, ne jactus evagetur licentia, expedit, & naturali juſtitiæ maxime conſentaneum eſt, ut ii quorum intereſt, de rerum ſuarum jactura, & detrimento, ſi adſint, conſulantur. Id præcipue in Rhodiorum legibus conſtitutum fuit (4), ſi tamen aliqua fides, & auctoritas iis legibus eſt tribuenda; eas enim non Rhodiorum leges, & inſtituta, ſed Græculi cujuſdam commentum eſſe, qui fabulis ſuis Rhodiorum nomen affinxit, non immerito doctiſ-

(3) *Ut autem jactus licite, & jure permiſſo fiat, requiritur, ut Nauclerus prius deliberet, deſuper cum mercatoribus, convectoribuſque, illiſque præſentem neceſſitatem proponat; Henning. Bohem.* Exercit. XLIX. ad Pand. Tit. de Diſcrim. tempeſt. marinæ. Cap. 1. §. 35.

(4) *Ἐὰν περὶ ἐκβολῆς βουλεύηται ναύκληρος ἐπερωτάτω τοὺς ἐπιβάτας, οἷς χρήματα ἐστὶν ἐν τῷ πλοίῳ*, hoc eſt, ſi exercitor de jactu conſultaverit, vectores interroget, quibus in navi pecuniæ ſunt: L. 9. Tom. II. Jur. Græci-Rom.

Digitized by Google

ctiſſimi Viri ſuſpicati ſunt (5). Et re quidem vera, ſi *Strabo* (6), aliique Rhodiorum nauticas leges propter earumdem æquitatem, & juſtitiam tantopere commendarunt, aut Eclogam hujuſmodi fictitiam eſſe, aut ſaltem quaſdam novas leges in ea collectione antiquis eſſe ſuſpectas merito dici poteſt, veluti quæ aliquando ab univerſalis juſtitiæ regulis, & æquitate diſcedunt.

Sed & ſi qui ex vectoribus adeo rerum ſuarum amore caperentur, ut earumdem jacturæ metu periculum abeſſe arbitrarentur, cum re vera immineret, ac exinde jactui ſeſe opponerent, non ea cauſa ab eo abſtinendum eſt, ſed violenta quoque manu jactus fieri debet, ne eo-

(5) *Anton. Auguſt.* Lib. de Leg. & Juriſconſultis p. 131. *Jacob. Gotofred.* Comment. ad L. 9. ff. ad L. Rhod. cap. 1. *Bynkerſoek* Lib. ſing. ad L. ἀξίωσις de L. Rhod. de Jactu. Cap. VIII. *Incidi*, ait *Balduinus* de L. Rhod., *in quoſdam Commentarios Græcos MSS.*, *quorum inſcriptio erat*: ΝΟΜΟΣ ΡΟΔΙΟΣ, *ſed incondita erat farrago de rebus nauticis*. Confer *Cujac.* in Lib. XXXIV. Pauli ad Edictum ad L. 2. ad L. Rhod. de Jactu.

(6) Lib. 14. Vid. *Gell.* Noct. Attic. lib. 7. cap. 3. & *Cicer.* pro leg. Manil.

eorum execrabilis avaritia omnium ſaluti perniciosa futura ſit (7). Hinc in nauticis *Philippi* II. legibus ſtatutum eſt (8), ut ſtatim ac Nauclerus cum mercatore, ejuſve Inſtitore de Jactus neceſſitate egerit, ſi obſtet, illius neglecto ſuffragio, & adhibita in conſilium ſaniori, ac majori parte Sociorum, ipſo quoque conſentiente magiſtro, navis Jactum licite, & jure facere debet, & cum navis ad portum appulerit, tunc de habiti jactus neceſſitate omnes conteſtari, & jurare tenentur. In conſtitutionibus nauticis Wisbuicenſibus (art. 20. 21. 38. 39.), quibus & Weſtcapellenſes adſtipulantur (9), ne majoris quidem navigantium partis ſuffragia, ſed duorum, aut trium peritiorum vota, ac ipſius magiſtri navis conſenſus requiritur. In iis vero *Oleronis* legibus, quibus Galli utuntur, tertia pars Nautarum conſentiat oportet, ut Jactus

(7) Habes hujus rei exemplum in eleganti Colloq. *Eraſm.* de Naufrag.

(8) Artic. 4.

(9) Hæ leges inveniuntur in Chronica Zelandiæ edita a *M. Zwerio Boxhornio*, quæ conſulenda.

ctus legitimus ſit (10). Verum in praxi peritiorum nautarum judicium attenditur, ac ſi deponant illud fuiſſe tempeſtatis diſcrimen, ut Jactum neceſſitas ſuaderet, is jure factus fuiſſe cenſetur (11), quod & ipſi rationi conſentaneum eſt; ſi enim qui in nautica re ſunt peritiores quæ magis navi ſervandæ, omniumque incolumitati conferunt cognoſcant, illorum potius, quam cæterorum judicio acquieſcere ſanioris conſilii eſſe videtur.

His præmiſſis ſolemnitatibus, ſi ex duobus malis minus eſt eligendum, de vilioribus, gravioribuſque rebus primum jactura fieri debet (12), quo

---

(10) *Lors le maître doit dire, Seigneurs, il convient jetter hors une partie de cette marchandiſe pour ſauver la nef. Et s'ils n'ont agréable de dit ject, & contrediſent, pourtant le maître ne doit point laiſſer, qu'il ne jette tant, qu'il verra, que bien ſera, jurant lui, & les tiers de ſes compagnons:* Vide *Petrum Garzia* in Libello gallice inſcripto: *Le grand routier, & pilotage de la mer.*: in quo quamplurima *Olerenis* leges conſcripſit.

(11) Confer *Vinnium* ad *Peck.* Comment. in Tit. ad L. Rhod. l. 2. Habes formulam in conſul. mar. cap. 97.

(12). *Si quid adverſi coortum eſt in Navigatione, de illis potiſſimum jactura ſit, quæ pretii minimi ſunt: Saluſt.* de ordin. Rep. Lib. I.

quo caſu neque alienæ proprietati ignoſcendum eſt; etenim in res alienas jus Natura conceſſit ut propriæ ſerventur, ſi tamen eas conditiones adhibeas, quas egregie *Puffendorfius* percenſuit (13), & quas inferius expendemus. Hoc tamen recte procedit, ſi tempus ſit eligendi; verum ſi pro timore periculi neceſſitas immorari non ſinat, tunc conſilium nullum admittitur, nec modus in Jactu haberi poteſt, ſed ea quæ manibus prima offeruntur confuſe, & indiſtincte quam ocyus in mare eiicere, ac ſaluti potius, quam pretioſioribus rebus proſpicere jubemur.

Ex

(13) *Denique videtur & neceſſitas circa res noſtras verſans, veniam indulgero res alienas perdendi, aut invadendi; cum hac tamen reſtrictione, ut citra noſtram culpam illud periculum rei noſtra extiterit, ut idem commodiore via diſpelli nequeat, ut ne pro viliori noſtra re alterius pretioſiorem perdamus, ut æſtimationem ejuſdem præſtemus, ſiquidem iſta alias peritura non fuerat, & denique in partem damni veniamus, ſi alterius res una cum noſtra alias peritura erat, quæ nunc ſua jactura noſtram ſervat*: De Jur. Nat. & Gent. Lib. II. cap. 6. §. 8.

Ex eo, quod mercibus, quæ in navi ſunt commune periculum imminet, neque alteræ ſervari poſſunt, niſi alteræ amittantur naturalis æquitas, & lex naturæ præcipit, ut damnum in commune conferatur; unicuique enim ad res ſuas ſervandas jus natura tribuit, & obligationem, neque dominium, & proprietas alterius, alterius dominio, & proprietati naturali jure præſtat. Hinc cum alienæ jacturæ acceptum ferant, quod res ſuæ maneant incolumes ad præſtationem damni pro rata ex æquitate obligantur; alioquin ii, quorum merces ſervatæ ſunt cum aliena jactura locupletiores fierent, quod quidem nemini licet. (14) *Neceſſitas enim* (ait adpoſite doctiſſimus *Joannes M. Lampredi*) *facto quodam naturali in quaſi ſocietatem eos conſentire cogit, ita ut in emergenti periculo ſine alterutrius culpa commune lucrum ſit, & damnum commune:* (15) quæ quidem adeo vera ſunt, ut altiori, & exquiſitiori inda-

---

(14) *Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem.* L. 206. ff. de Div. reg. jur.

(15) Jur. Publ. Univ. P. 1. cap. 18. §. 3.

Digitized by Google

dagine, & argumentis ad ea demonſtranda opus non ſit.

De hac æquitate omnes fere Gentes, & locorum nauticæ leges, ac inſtituta convenerunt, inter quas Rhodiorum illæ præ cæteris dignæ ſunt quæ memorentur, quas Romani ipſi in egregium ſuum legum Codicem libentiſſime contulerunt, & ſuas inde effecerunt. Ita Paul. in L. 1. ff. ad L. Rhod. *omnium*, ait, *contributione ſarciatur*, *quod pro omnibus datum eſt*: Ex quibus omnibus late patet actionem iis competere, qui rerum ſuarum jactura alienas redemerunt, contra ſervatarum rerum dominos, niſi naturali obligationi ſatisfaciant. Civile enim omnino eſt actionem hanc contra navis magiſtrum tantum dari poſſe *ratione locati*, ut ait Juriſconſultus, (16) eique poſtea contra vectores, mercatoreſque competere; quæ Pauli ſententia ei nititur fundamento, quod vectores,



(16) L. 2. ff. ad Leg. Rhod. Vid. *Duaren.* & *Anton. Fabr.* in Ration. ſimilia exempla ſunt in L. cum plures 6. §. meſſem, in fin. ff. locati. L. Julianus 13. §. penult. ff. de act. empt. L. ſi ſic Legatum. 75. §. ult. in fin. ff. de Legat. 1.

rerumque domini inter ſe nullum contractum inierint, ſed tantummodo cum Magiſtro navis locationem contraxerint. At ſi ſedulo res inſpiciatur etſi inter eos nullus antecedens contractus acceſſerit, attamen facto ipſo naturali, naturalem quoque obligationem in iis oriri dicendum eſt, ac pro ratione avertendi periculi tacite ipſos convenire de mutua damni, & detrimenti præſtatione; quæ cum ita ſint ſueto Romanarum legum vitio, inani nempe, futilique ſubtilitati hanc legis diſpoſitionem acceptam ferimus, quæ tamen longa, & implicata juſtitiæ via, ejuſdem non raro cum detrimento, naturæ non arridet, eaque legum Civilium inſtituta commendat, quæ facile, & ſimpliciter ſuum cuique tribuunt.

Hujuſmodi pro jactu rerum contributio alio nomine *Avaria*, nuncupatur, de cujus origine varia eſt Juriſperitorum, & eruditorum ſententia. (17) Nos a barbaro vocabulo *Avaria*, ſeu *Ave-*

(17) Nonnulli a Græco verbo βάρος eam derivarunt adiecta privativa a, ſeu βάρις, quod apud jonicos Navis eſt. Alii Arabicæ originis eam crediderunt, nec defuit, qui ex Scytica lingua etymon duxiſſe ſuum autuma-

*Averia* deducimus, quod apud infimæ latinitatis ſcriptores facultates, & bona ſignificat, quibus & Avaria accenſetur, nempe creditum, quod dominus amiſſarum mercium habet ratione rerum, quæ ſervatæ ſunt: Hujuſmodi origo & naturalis, atque exinde veriſimilior videtur *(18)*.

Nonnulla inter Juriſperitos circa contributionem ſeu Avariam agitantur problemata, quorum



tumavit. Vide de hac re eruditiſſimam *Boxbornii* Diſſertat. Communis autem opinio eſt a Teutonico *Haven*, quæ vox portum ſignificat, oriri, quia contributio in portu fit, licet doctiſſimus *Bohemerus*, Exercit. ad Pand. XLIX. cap. II. §. 23. a germanica voce *Habe* bona nempe deducat. *Conferuntur*, ait ille, *in Havaria omnia bona ut in tributum veniant, & inde ratio denominationis petita eſt*.

(18) Vid. *Du-Cange* Gloſſar. med. & infim. latin. in verb. *Avaria*, & *Averium*. Cæterum Avaria duplex eſt: *Extraordinaria*, ſive *groſſa*, ut ajunt, & *ordinaria* ſive *communis*. Extraordinaria ſive groſſa tunc dicitur cum navis ſimul, & merces pro rata contribuunt: Altera vero cum navis excipitur, veluti ſi ex cauſa impenſæ fiant, ut merces ſalvæ in portum adducantur: eo enim caſu magiſter pro navis pretio collationem non præſtat, quippe qui ex contractu nil niſi navem aptam, operaſque navigationi neceſſarias præſtare jubetur. Vid. *Vinnium* ad *Peck*. pag. 193.

rum tamen ſolutio bene ſtatutis rerum principiis facillime haberi poteſt. Primum quæritur an ſi ictu fulminis, aut vi procellarum deuſta, aut fracta malus, vela diſciſſa, cæla gubernacula, ſcaphæ perditæ, anchoræ, rudentes, aliaque navis armamenta deiecta, & deperdita ſint, damnum omnium ſit contributione ſarciendum; cui facilis reſponſio eſt, ſi huc revocetur principium, & fundamentum, cui Avaria præcipue innititur, & quod in eo ſitum eſt, ut damnum quis ob eam cauſam paſſus ſit, ut res alienas ſervaret, quamobrem cum in propoſita ſpecie fortunæ potius, & vi majori, quam rerum conſervationi damnum hujuſmodi acceptum ſit, nullus eſt Avariæ locus, ac in fortuita calamitate ſuum quemque ſequitur detrimentum; nec navis dominus damni refectionem ex eo exigere poteſt, quod in gratiam vectorum eam naufragio expoſuerit, utpote qui in omne periculum, & damnum conſenſerit, quod ex ejus uſu navi ipſi ſupervenerit, cujus cauſa mercedem accipit. Aliud vero ſtatuendum videtur ſi ex conſenſu vectorum, & navigantium ob naufragii metum arbor cæſa, vela diſrupta, & reliqua navis inſtrumenta dejecta fuiſſent; tunc enim hujuſmodi jacturæ tribuen-

buendum eſt, quod cæteri res ſuas ſartas tectas ſervarint, proindeque contributionis ratio obtineret. Hæc omnia egregie animadvertit *Paul.* in L. 1. D. ad Leg. Rhod. *Si conſervatis mercibus*, ait Juriſconſultus, *deterior facta ſit navis, aut ſi quid exarmaverit nulla facienda eſt collatio, quia diſſimilis earum rerum cauſa ſit, quæ navis gratia parentur, & earum, pro quibus mercedem aliquis ceperit, nam etſi Faber incudem, aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locaverit opus. Sed ſi voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum ſit, hoc ipſum ſarciri oportet*. Ita Papinianus in L. 3. D. eod. *Cum arbor*, inquit, *aut aliud navis inſtrumentum removendi communis periculi cauſa deiectum eſt, contributio debetur*, quod & ab Hermogeniano confirmatur in L. 5. D. eod. (19), in quibus derogatum eſſe videtur Rhodiorum legibus, quæ in laudata collectione vagantur, ubi illud etiam damnum contributione ſarciendum eſt, quod



(19) Idem ſtatutum eſt in Synopſ. Baſil. Lib. 53. tit. 3. c. 12. & conveniunt leg. Wisbyc. art. 12. Vid. *Paul.* lib. 2. Sentent. 7. & omnes Jur. maritim. ſcriptores.

αὐτομάτως, καὶ κατὰ τύχην contigit, veluti ſi navis caſu ſit exarmata, arbor vi majori deiecta, gubernacula undarum impetu deperdita, aut ſi merces fluctuum aſpergine humectatæ ſint ἐὰν ἐκ τῆς ζάλης συμβῇ τὸν γόμον βραχῆναι, (20) ex quo colligere eſt quæ fides ei collectioni habenda ſit.

Neque tantum pro iis mercibus collatio fieri debet, quæ jactatæ ſunt, verum etiam damnum illud pro rata præſtandum eſt, quod cæteræ res per jactum hujuſmodi paſſæ ſunt, veluti ſi nudatæ undæ ſalinæ aſpergine, & humore deteriores factæ fuerint. Si jactus enim communi omnium utilitati tribuitur, & damnum illud, quod ex eo evenerit eidem cauſæ acceptum ferre juvat, proindeque omnium contributione farciendum eſt, alioquin ii quorum merces incolumes extiterunt, cum aliena jactura locupletarentur, quod nefas omnino eſt; parum intereſt, ut ait adpoſite Juriſconſultus (21) *jactatas res meas amiſerim, an nudatas deteriores habere cœperim. Nam ſicut ei, qui perdi-*

---

(20) L. 31. & 44.

(21) L. 4. in fin. D. ad Leg. Rhod. Vid. *Peck.* in Comm. ad L. 4. D. ad L. Rhod. & *Vinn.* in not. ibid.

*diderit*, *ſubvenitur*, *ita & ei ſubveniri oportet*, *qui deteriores propter jactum res habere cœperit*: ubi tamen exceptio quoque fieri debet earum rerum, quæ ex alia cauſa detrimentum acceperint, quod fortunæ, non alienæ utilitati acceptum eſt; uno verbo regula juris eſt, ut ei conferatur, qui alienæ rei proprio diſpendio conſuluit. Si vero merces propter jactum amiſſas dominus recuperet, tunc Avariæ pretium tantum diminuitur, quantum res naufragæ venire poſſunt, & ſi poſt collationem eas recuperet quod collatum fuit reſtituat oportet. Conſulto vero quanti venire poſſunt, animadvertimus, quia ſi undæ ſalinæ cauſa deteriores factæ fuerint, de ejuſmodi detrimento contributio debetur, adeo ut in ea computanda deteriorationis pretium rerum amiſſarum pretio, ſi fuerint, accenſeatur.

Quæſitum eſt an merces, quæ in ſcapham invectæ ſunt, ut navis ob imminens periculum exoneretur, ſi cum ſcapha amittantur, in collationem veniant. Facilis reſponſio eſt ſi animadvertatur, parum intereſſe de modo jacturæ ut Avariæ locus ſit, dummodo ea omnium ſaluti, & emolumento expediat; atqui ob ſcaphæ, & rerum jacturam ſalva navis, & quæ-

cumque in ea ſunt ſarta tecta extiterunt, ergo ratio haberi debet inter eos, qui in nave merces ſalvas habent cum iis, qui in ſcapha perdiderunt. (22) Idem verò non obtinere communi ſuffragio ſentiunt noſtri juris periti, ſi navis ſalva ſcapha naufragium faciat, & quæ reliqua in ea erant ſimul cum ipſa amittantur; tunc enim pro navi, rebuſque deperditis collatio non fit inter eos, qui in ſcapha res ſuas conſervarunt, quia, ut ajunt, ſupervenienti naufragio damnum eorum, qui in navi merces habent, in cauſa non fuit cur ſcapha ſalva eſſet, ita *Paulus*: *nave perdita conſervatæ cum mercibus ſcaphæ ratio non habetur* (23).

Dubitare tamen quis poſſet, (24) an juſtum eſſet ut iis quoque contribueretur, quorum merces cum navi perierunt, pro rata mercium, quæ in ſcapha ſervatæ ſunt, adeo ut eadem ſit ſcaphæ, & navis conditio, quoniam ſi pro com- ... mu-

(22) Concord. L. 4. D. eod.

(23) Lib. II. Sentent. tit. 3. Vid. L. 4. D. ad Leg. Rhod.

(24) Vid. *Damat*. Les Loix Civiles dans leur ordre naturel. Liv. II. Tit. 9. Sect. 2. n. 14.

Digitized by Google

muni omnium utilitate, eoque fine navis exonerata ſit, ut res omnes ſicuti & illæ, quæ ſcaphæ impoſitæ, ſunt ſerventur, tacite quodammodo conveniunt ut pericula communia, & damnum commune ſit. Illud autem hic loci animadvertendum eſt, an merces in ſcapham traiectæ facilius ſervari poſſint, ita ut melior ſit ipſarum conditio, quam illarum, quæ in navi ſuperſunt, veluti ſi portus, aut flumen adeo capax non ſit, ut navis illud intrare poſſit, atque dum aliquæ merces cum ſcapha ad littus brevi tempore, & expedito itinere exportatæ ſunt, reliquæ interea undarum incurſui, & ventorum furori ſint expoſitæ; eo quidem caſu naturali æquitati conſentaneum eſt, ut, ſi navis ſuborta tempeſtate perierit, contributio fiat, & amiſſarum rerum damnum collationis conſortio ſarciatur per eos, qui merces ſuas in ſcapha a naufragio liberaverint; cum enim omnibus jus ſit æquale ad commune propulſandum periculum, eademque rei ſuæ ſervandæ obligatio, nulla ratio eſt cur potius alter ex vectoribus rerum ſecuritati provideat, alter vero eas amittendi periculo obnoxius eſſe debeat. Huc accedit, quod ii, qui in ſcapha merces ſervarunt, id acceptum ferunt periculo, cui

ſe, ſuaſque res libenti animo cæteri ſubmiſerint, quod quidem iis præiudicium afferre nequit; nullo enim alio pacto in id conſenſiſſe videntur, niſi ea conditione, ut ſi quid detrimenti patiantur, in commune conferatur: Societas enim quodammodo inter eos ex neceſſitate oriri dicenda eſt, & cum Avariæ potiſſima ratio ſit, ut alterius damno commodum alterius promoveatur, dubitare nemo poterit, quin ii, qui in ſcapha merces ſuas ſervant, illorum damno, nempe periculo (quod aliquid eſt æſtimabile) id conſequantur, qui ſuas in navi reliquerunt. Hinc regula eſt naturalis juris, ut pretioſiores res ad littus, ſeu ad portum perducantur, ac ſi navis poſtea periclitetur Avaria, ſeu contributio inſtituatur. (25) Hoc ſi Rom. animadvertiſſet Juriſconſultus deciſionem ſuam fortaſſe tem-

(25) Hæc ſubtiliora fortaſſe quam par eſt nonnullis videbuntur, cum plerumque ipſa neceſſitas non voluntas hominis navem re ipſa exoneret; merces enim in navi ut plurimum ita ſtipatæ, & compactæ ſunt, ut neceſſario a primo mercium ſtrato incipienda exoneratio ſit; in quam conſenſiſſe præſumuntur vectores ſtatim ac paſſi ſunt, ut hoc, vel illo navis loco propriæ merces reponerentur.

temperare potuiſſet, cum ait: *Contra ſi ſcapha cum parte mercium ſalva eſt, navis periit, ratio haberi non debet eorum, qui in navi perdiderunt.* (*d. l.* 4.) Navis autem jacturam in contributionem non venire æquum eſt, veluti quæ ſervari nullo modo poteſt, ac parum intereſt quibus mercibus onuſta ſit; ex eo enim quod anguſtum portum aut flumen ingredi nequit, caſui, & fortuito infortunio ejuſdem jactura tribuenda eſt.

Cum illud objectum, & ea cauſa jactus ſit, ut aliquarum rerum jacturà reliquæ ſerventur, atque adeo communis periculi propulſandi gratia res alienæ perdantur, ſi tamen jactu facto navis illico perit, collationis cauſa deficit, & ſi qui per urinatores quaſdam ex mercibus ſuis eduxerint, aut in littore jacentes invenerint, nulla fit contributio; contributionis æquitatem tunc admitti placuit cum rerum amiſſarum jactura cæteris in communi periculo ſalva navi conſultum eſt, ſed qui res naufragas recuperavit non jactui, & alieno damno, ſed fortunæ potius, aut induſtriæ id tribuit, proindeque nulla fit receptarum rerum collatio. Verum ſi eo elapſo periculo mox alia tempeſtas ſuboriatur, ac navis alio in loco ſubmerſa ſit,

ſi res

ſi res naufragas mercatores recipiant, detrimentum iis reficiant oportet, quorum merces in primo periculo levandæ navis cauſa jactæ ſunt. 26) Ille enim, qui in primo periculo rerum ſuarum jacturam fecit, habet in rebus ſervatis quidquid ei conferendum eſt jactus cauſa, quod quidem iiſdem rebus ſemper adhæret, neque ex iis, quacumque ratione exiſtant avelli poteſt; hinc cum debitum reale ſit, & res afficiat tantummodo, ſi in ſecundo periculo pereant, earum domini nulla obligatione tenentur, nam quidquid pro collatione in primo periculo conferendum erat, illico rebus amiſſis interiit.

Itaque omne id, quod aliquo pacto eſt æſtimabile, & quod per jactum ſervatum fuit, in collationem venire æquum eſt. *Placuit*, (ut ait Juriſconſultus l. 2. §. 2. D. eod.) *omnes, quorum interfuiſſet jacturam fieri, conferre oportere: quia id tributum obſervatæ res deberent.* Utile vero viſum fuit ex Rhodiorum legibus (d. l. §. 2.) quod & uſus, & conſuetudo fir-

ma-

(26) Concord. L. 4. §. 1. ff. eod. Vid. *Peck.* in Comment. ad h. l. & *Vinn.* in not. pag. 250.

mavit, (27) ut ſi quæ neceſſitati nautarum, vectorumve inſervirent, veluti cibaria, non conferant; ea nempe vitæ conſervationi neceſſaria, in cauſa non fuerunt cur jactus fieret; huc accedit, quod ad ea in extrema cibi penuria jus natura conceſſerit, atque adeo omnium intereſt, ut quod alimentorum gratia comparatum eſt ſalvum ſit; verum ſi qua cibariorum genera non uſui navigationis, ac ut in itinere conſumentur, navi impoſita ſint, tunc uti cæteræ merces in collationem veniunt.

An vectores, & nautæ, & magiſter navis conferant quæſitum eſt; verum cum nulla liberorum corporum æſtimatio fieri poſſit (28), nec in commercio ſint negative reſpondendum videtur. In iis vero locis ubi ſervi, & glebæ adſcripti homines inveniuntur, & ut cæteræ res, quæ in commercio ſunt æſtimantur, ſi in navi ſint, conferent, quia dominus in iis ſervatis aliquid habet æſtimabile, nam ut reliquæ merces pretio ſuo afficiuntur; quod quidem de

libe-

(27) *Loccen.* Jur. marit. Lib. II. cap. 8. in f. *Grot.* de Jur. B. & P. Lib. II. cap. 2. §. 6.

(28) Vid. L. 2. §. 2. D. eod.

liberis hominibus dicendum non eſt. Sunt tamen qui arbitrantur (29), & ipſos vectores conferre debere habita ponderis ratione, quod aliquid eſt æſtimabile relate ad mercium, & navis dominos; cum enim ipſorum pondus in cauſa fuerit cur jactus fieret, & ipſos ad damnum reſarciendum obligari putant. Ut autem ponderis pretium ſtatuatur, rationem habendam eſſe ajunt pretii medii earum mercium, quæ ratione tantum ponderis portorium, aut naulum ſolvunt, tantique æſtimanda vectorum corpora, quanti memoratæ merces venire poſſent. Idem vero de nautis, & magiſtro navis dicendum non eſſe merito arbitrati ſunt, quorum pondus veluti gubernandæ navi neceſſarium, in cauſa non fuit cur jactus fieret.

Cæterum omnes pro rebus ſervatis jacturam præſtare debent, neque ratio ulla habenda eſt, ſi qui tales merces impoſuiſſet, quibus navis non oneraretur, veluti gemmas, pretioſos lapillos, aliaque ejuſmodi, quia æquitas contributionis in eo ſita eſt ut aliquorum damno, & de-

(29) Vid. *Joan. M. Lampredi* Jur. Pub. Univ. P. 1. Cap. 18. §. 4. n. 6.

detrimento in communi periculo cæterorum utilitati conſultum ſit; parum igitur refert an leves, aut leviſſimæ res in navi ſint, ſi & ipſis quoque aliena jactura conſuluit. Hinc & anulos, & veſtimenta, cæteraſque res pretioſas contributionem debere peculiariter ſtatutum eſt in *L.* 2. §. 2. *D eod.* Perridiculum ſane eſt quod in Legibus Wisbycens. *Tit.* 38. ſtatutum eſt; teſte *Henn. Bohemero* (30), eas tantummodo res pretioſas conferre, quas quis in arca habet; ſi autem tempore naufragii eas circum corpus cingat earum nomine nihil tribuit.

Agitatum ſæpe eſt inter veteres, recentioreſque Juriſconſultos an pecunia numerata Avariæ obnoxia eſſet, quod quidem, & Antuerpiæ diſceptatum fuiſſe teſtatur *Kurickius* (31), & in Hiſpania potiſſimum hanc controverſiam ortam eſſe ait *Quint. Weits.* (*de Avar.* §. 13.) (32), quæ tamen res ſi ſedulo inſpiciatur,

(30) Exercit. ad Pand. XLIX. Cap. II. §. 24.

(31) Ad Jus marit. Hanſeat. Tit. 8. art. 4.

(32) Ipſe autem in Hiſpania multoties pronuntiatum eſſe ait, pecuniam nullo pacto contributioni obnoxiam eſſe, quod quidem factum eſſe ſuſpicatur, quia in Luſita-

tur, vix diſputatione digna videtur. Cum enim pecunia rerum omnium eminens pretium, & imago ſit, ejuſque cauſa quæcumque ſunt in natura comparantur, quæram an qui eam jaĉtus cauſa ſervaverit, aliquid habeat æſtimabile, quod alienæ jacturæ acceptum ferat? quod nemo ſanæ mentis inficias ibit; quamobrem in errorem lapſi ſunt, qui eam a contributione vindicarunt. Id potiſſimum ex eo factum eſſe credimus, quod ſcilicet pecuniam non aliquid ens reale, ſed veluti pretium rerum in abſtracto, & ens metaphyſicum exiſtimarint, in quo quidem præcipue decepti ſunt, cum non animadverterint, eam eſſe communem rerum omnium menſuram, adeoque facillime permutari poſſe in omnia, quæ ad uſum humanæ vitæ neceſſaria, & utilia inveniuntur. Hinc pecunia & veluti rerum pretium, & veluti merces accipi poteſt, atque exinde qui eam in

ſitania, & Hiſpania graviſſimis pœnis cautum erat, ne pecunia alio exportaretur: atque adeo factum eſt, ut in Avaria ſupputanda, cum arbitri vocarentur ad merces æſtimandas, pecuniam nunquam retulerunt: atque exinde invaluit opinio, pecuniam contributioni obnoxiam non eſſe.

Digitized by Google

in ciſta reconditam habet nil differt ab eo, qui pretioſam mercem in navim impoſuit; qui cum per jactum ſervata ſit, ea quoque ex naturali æquitate contribuat oportet.

Nec minus a vero abludere mihi videntur ii, qui putant pecuniam contribuere non pro impoſititio, ut ajunt, aut morali pretio, vulgo *valore pubblico* ſed pro bonitate intrinſeca, pro materia nempe, & ſubſtantia illius (33); *ea* enim *materia*, ut apoſite Paulus, (*L. 1. D. de contrab. empti forma publica percuſſa uſum, dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet*, *quam ex quantitate*: ratio igitur hujuſmodi quantitatis haberi debet, ac ſi res ſervatæ ex legibus nauticis, & uſu maritimo tanti æſtimandæ ſunt, quanti venire poſſunt, cur in ipſa computanda pecunia pretium illud conſiderandum non eſt, quod ipſi publica decrevit auctoritas, & in hominum commercio obtinet? Abſurdum quidem eſt in cæteris mercibus æſtimandis communis menſuræ rationem habere, & earumdem pre-

tium

(33) *Nummorum æſtimationem fieri placet non ſecundum extrinſecum, aut impoſititium valorem, ſed intrinſecum. Vinnius ad Peck.* pag. 212. lit. b.

tium ex æqualitate quantitatis, nempe pecuniæ conſtituere, in ipſa vero pecunia æſtimanda communem hanc menſuram, quam repræſentat, & quantitatem hujuſmodi negligere, neque pretium illud ratum habere, de quo in agendis negotiis, rebuſque permutandis omnes conveniunt: Huc accedit, quod ille, cujus pecunia in collatione tanti æſtimata fuerit, quanti venire poterat pro intrinſeca rei materia, eo locupletior ſit cum aliena jactura, quo ex acceſſione publici valoris in commune ei conferendum erat, quod nefas omnino eſt.

Hæc tamen omnia recte procedunt ſi pecunia in loco quo contributio fit pro ejus extrinſeco & impoſititio valore æſtimationem accipiat, verum ſi publica auctoritate non admittatur, ac veluti exterarum Gentium moneta pro auri, & argenti puri pondere, quod re ipſa in ea continetur tantummodo valeat, tunc in Avaria ſupputanda ratio ejus intrinſeci pretii haberi debet: eo enim caſu qui pecuniam ſervavit non ditior fit cum aliena jactura ob acceſſionem publici valoris, qui in propoſita ſpecie nullus eſt.

Navis ipſa quoque veluti quæ per jactum ſal-

ſalva fuerit ex æquitate conferre debet, (34) ſicuti & naula domino navis debita, in quibus ipſe ob alienæ rei jacturam aliquid ſervatum habet. Olim hac de re acerrime diſceptatum fuiſſe inter mercatores apparet ex Conſulatu maris (*cap.* 293.) ubi cautum denique fuit, ut dominus pro naulo, aut vectura conferret, demptis tamen impenſis pro nautarum mercedibus, cibariis, aliiſque ſumptibus, qui in itinere neceſſarii, & utiles forent, quod quidem æquum eſſe non ambigitur; in eo enim quod navis dominus cæteris debet ex aliena jactura lucrum facere dicendus non eſt.

In Avaria computanda non oneris ratio, ſed pretii mercium haberi debet, adeo ut pro quantitate, & æſtimatione non pro numero, aut pondere illarum, quas dominus ſalvas habet, contribuet, atque ita intelligendum eſt quod ajunt Juriſconſulti, damnum in commune conferri. Hinc ratio Geometrica, non Arithmetica

E obſer-

(34) Vid. L. 2. §. 2. D. ad Leg. Rhod. Mos fere ubique tamen invaluit ut magiſter navis non conferat niſi pro medio navis pretio. Vid. Conſul. Mar. Cap. 93. ſeqq.

obſervari debet, quod apertiſſime traditum eſt in *L.* 1. *D. ad L. Rhod.* ubi ait Juriſconſultus, *jacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportet*, in quo quidem, cum æquiſſimum ſit, omnes nauticæ leges, ac populorum inſtituta conveniunt.

Si facto naturali ii, quibus æquale periculum imminet in naufragio, ſocietatem quodammodo & quaſi communionem inierunt, naturale igitur eſt, ut eadem menſura, iiſdemque regulis res amiſſæ, ac ſervatæ æſtimentur, quanti ſcilicet eo in loco, quo deſtinatæ fuerant, venire poſſent, demptis tamen naulo, aut vectura, cæteriſque neceſſariis impenſis; quamobrem ab univerſali juſtitia, & æquitate *Paulus* diſcedit (l. 2. §. 4. ff. eod.) cum ait: *nihil ad rem pertinere ſi hæ quæ amiſſæ ſunt pluris venire poterunt, quoniam detrimenti non lucri ſit præſtatio. Sed in iis rebus quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio debet haberi non quanti emptæ ſunt, ſed quanti venire poſſunt.* (35) Quod quidem falſiſſimum eſt cum ipſa lucri jactura detrimentum ſit, proindeque in damno illius com-

(35) Vid. *Peck.* in Comment. ad h. loc. ibique *Vinn.* pag. 219.

computando, qui res ſuas jecit, & lucri ejuſmodi rationem habendam eſſe lex naturæ jubet; neque video quo maxime rationis momento Rom. legis diſtinctio innitatur; ea enim, quam *Harmenopolus* tradit vaga, & abſurda eſt (36), nempe ἵνα καὶ ἡ ζημία ἐπ' ἔλαττον συσταλῇ, καὶ τὸ κέρδος ἐπιπλεῖον πλατυνθῇ, καὶ οὕτω λυσιτελήσῃ καὶ τοῖς ἀποβαλοῦσι, καὶ τοῖς ἔχουσι τὰ οἰκεῖα πράγματα. Falſum enim eſt quod utriſque conſultum ſit, quoniam ſemper damnum in iis augetur, qui jecerunt, quia quacumque ratione res ſervatæ æſtimentur, non ultra recipiunt, quam illud, quod in rerum jactarum æſtimatione ſupputatur; quamobrem miror magnopere, quod nonnulli ex Interpretibus in hunc errorem cæco, præcipitique judicio labantur. Neque verior eſt *Henningii Bohemeri* ſententia, (37) qui de laudata lege loquens, ac illi ſubſcribens ſpecioſius ait: *cum enim amiſſa ſunt lucri futuri nulla haberi poteſt ratio; ſed ſer-*



(36) Lib. 2. Tit. 11. §. 11. hoc eſt: quo & damnum, quoad fieri poteſt minuatur, & lucrum amplius propagetur: ſic enim utriſque conſuletur & iis, qui jacturam fecerunt, & iis, qui res ſuas ſalvas habent.
(37) Exercit. ad Pand. XLIX. Cap. II. §. 29.

*ſervatarum mercium diverſa eſt conditio*, *quippe ex quibus adhuc lucrum ſperatur*, *& inde aeſtimantur quanti venire poſſunt*; nam licet in amiſſis rebus lucri ſpes deficiat, non defecit antequam jacerentur, nec ratio ulla erat cur potius alter ex vectoribus res ſuas amitteret; verum hujuſmodi ſententiæ falſitas adeo leviter inſpicienti patet, ut diutius in ea immorari inutile omnino foret. In Conſulatu maris (cap. 95.) alia diſtinguendi ratio conſtituta eſt, utrum ſcilicet, dimidiam itineris partem navis confecerit; ſi confecerit, æſtimantur amiſſæ quanti venire poterant, quanti vero emptæ fuerant, ſi dimidia navigationis via nondum peracta ſit; & id porro in maritimis tribunalibus obtinere teſtis eſt *Quint. Weytſ.* (38), cui Practicorum numerus accenſetur, omni poſthabita diſtinctione, nulloque ſervato diſcrimine inter rerum ſervatarum, & amiſſarum æſtimationem.

Cæterum ſi quis ex vectoribus in ciſtis ſuis, aut ſarcinis nummos, aurum, & ſimilia conclu-

(38) De Avar. §. portio autem. Diverſa tamen eſt de rerum amiſſarum, & ſervatarum æſtimatione apud diverſas Gentes praxis.

cluſerit, tenetur in tempore, antequam jactus fiat, id indicare magiſtro navis; alioquin in Avaria computanda, non auri, aut nummorum pretium conſiderabitur, ſed ratio habebitur veluti ſi tales ciſtæ, aut ſarcinæ fuerint, quales externa eorum facies demonſtrabat; nemo enim alteri fidem habere jubetur, ſibique ille imputabit, quod hujuſmodi detrimentum accipiat.

Hæc præcipuæ ſunt, quæ de Jactu, & Avaria quæſtiones exoriri poſſunt in commercio maritimo; reliqua facile explicantur, dummodo tradita a nobis principia propoſitarum quæſtionum conditionibus applicentur.

## CAP. V.

*De Jactu propter dolum, ſeu culpam facto.*

Optime quidem ea omnia ſe habent, quæ de jactus juſtitia, & æquitate percenſuimus, ſi ea calamitas vi majori, & adverſæ fortunæ adſcribenda ſit; verum ſi quis agens liber in cauſa fuerit cur illud infortunium eveniat, & dolus, aut culpa præceſſerit; damnum omne ab eo reficiendum eſſe, qui cauſam dedit, lex naturæ jubet. Hinc non improbanda apud Juriſconſultos jactus diviſio in *meticuloſum*, *non pure neceſſarium*, & *neceſſarium*. (1) Meticuloſum enim illum dixerunt, qui ex inani, & futili metu derivavit, veluti ſi nauclerus nauticæ artis imperitus naufragium timens, cum revera non immineret, jactum faceret. Non pure neceſſarius in eo ſitus eſt, quod vere

re

Cap. V. (1) De jactu neceſſario, de eo ſcilicet, qui vi majori, & fortunæ, non alicujus culpæ imputatur, in præcedenti Cap. verba fecimus.

re proximum ſit naufragii periculum, & jactus omnium ſaluti expedire videatur, ſed illud culpoſæ, aut doloſæ alicujus actioni, ſive omiſſioni acceptum referendum ſit. Ita alienæ culpæ, & negligentiæ rerum jactura, non fortunæ tribuenda eſt, proindeque damnum in commune pro rata non dividitur, ſed ab eo præſtandum eſt, qui culpam admiſit, & qui cauſa moralis fuit, cur cæteri hujuſmodi detrimentum paſſi ſint. Regula naturalis juris eſt, ut ſi quis actionis alicujus auctor eſt, ei quoque ejuſdem actionis effectus omnes imputentur; ubi tamen animadvertendum eſt, ut aliqua intercedat ſive neceſſaria, ſive accidentalis connexio inter actionem ipſam, & actionis effectus, cujus in agente prævifio eſſe poſſit, (2) quapropter non an-



(2) *Quand on impute une action à quelcun, on le rend, comme on l'a dit, reſponſable des ſuites bonnes, ou mauvaiſes de l'action, qu'il a faite. Il ſuit de-là, que pour rendre l'imputation juſte, il faut, qu'il y aît quelque liaiſon néceſſaire, ou accidentelle entre ce que l'on a fait ou omis, & les ſuites bonnes ou mauvaiſes de l'action ou de l'omiſſion; & que d'ailleurs l'Agent aît eu connoiſſance de cette liaiſon, ou que du moins il aît pu prévoir les effets de ſon action avec quelque vraiſſemblance;* *Burlamaqui* Princip. du Droit Nat. P. II. Ch. 10. §. 5.

tea culpandus eſt ille, cui rerum jactura imputatur, quam manifeſte pateat, eum aliquo pacto prævidere potuiſſe cohæſionem inter actionem ab eo commiſſam, aut omiſſam, & naufragii periculum, quod imminet. Magiſtro navis, puta, aut nautis culpæ verti nequit ſi cum Vectoribus diem itineris paciſcantur, deinde vero ex aeris ſerenitate, Cælique tranquillitate moti antea e portu ſolvant, ac ſuborta tempeſtate jactus fiat; Humanæ enim menti datum non eſt futura divinare, neque ratio ulla erat, qua ſuperveniens naufragium veriſimiliter prævideri, aut ſupponi poſſet, adeoque damnum hujuſmodi fortunæ tribuendum, & ab omnibus contributionis lege præſtandum eſt.

Plura tamen aliquando concurrunt, ex quibus culpa Naucleri, nautarumque deducitur, iiſque merito naufragii periculum imputatur. Antiquitus in culpa erat, qui nimium audax hyberno tempore navem pelago committeret, quia facilius tunc tempeſtatum diſcrimina metuenda ſunt; quapropter ad rem *Horatius* (3)

Sol-

(3) Carm. Lib. 1. Od. 4.

*Solvitur acris hyems grata vice veris, & Favoni*
*Trahuntque ſiccas machinæ carinas.*

atque illud intellixiſſe videtur Juriſconſultus, cum ait (4) illi culpæ verti poſſe, *qui navem a ſe petitam adverſo tempore navigatum miſit, ſi ea naufragio peremta ſit*. Immo peculiariter legibus cautum, proviſumque fuit, ne ante Kal. April. quis navigationem iniret, neque poſt Kal. Octob. eam deduceret (5). Hinc mare *claudi* (6), & *aperiri* dicebatur, ex quo navigatio permiſſa, & interdicta foret. Hujuſmodi conſtitutionis ratio extat in *L. Civitas. 6. Cod. de Offic. Rect. provinc.* quia nempe, ut animadvertimus, *tempore hyemis navigatio ſæpe periculoſa eſt, & ſemper incerta* (7).

Ho-

(4) L. 36. D. de rei Vindicat.

(5) L. quotieſ. 3. Cod. de Naufrag.

(6) *Atque adeo clauſum mare ſcio fuiſſe*: *Cic.* ad *Quint. Fratr.*

(7) Vid. *Jacob. Gothofr.* ad L. 3. Cod. Theod. de Naufrag. His tamen derogare videtur Honorius Imper. in L. f. Cod. de Navigat. ubi, *ne onuſta*, ait, *navigia*

*cum*

Hodie vero adeo nauticæ artis ſcientia profecit, ut hujuſmodi veterum in navigando prudentiæ ubique gentium renunciatum ſit, neque Nauclero imputatur, quod potius uno, aut altero anni tempore navigationi indulgeat (8), dummodo e portu vela ſolvat cum *proſperior flatus invitat*. Verum ſi adverſo Cælo, dubia nempe, & obſcura nocte, denſis, nigriſque nubibus, ventis denique, & imbribus tempeſtatem indicantibus periculoſa ſit navigatio, & nihilominus inſano conſilio, & temerario auſu magiſter navis auris vela daret, periculum illi jure imputandum eſſet.

Naufragii periculum, ac exinde jactus nautis etiam, & magiſtro navis merito acceptus referendus eſt, ſi artis ſuæ imperitus conſpicuos,

---

*cum proſperior flatus invitat ſub prætextu hiemis immorari judices loci permittant*, quod tamen conſtitutum eſſe dum Roma fame laborabat, adeoque a jure communi in caſu neceſſitatis Imperatorem receſſiſſe erudite docet idem *Cl. Gothofred.* ad L. 34. Cod. Theod. de navic.

(8) *Stypm.* Jur. marit. P. III. cap. 7. n. 24. *Henning. Bohem.* Exercit. ad Pand. XLIX. cap. 1. §. 22. de diſcrim. tempeſt. marit.

cuos, & celebriores ſcopulos, aut ſyrtes ignoret, ac in eas inciderit; imperitia enim imputari poteſt, & debet; (9) nam qui artem quamdam profitetur de ejus ſcientia, ac peritia certus ſit oportet, alioquin ſi operam ſuam locaverit, quod ex ea damnum eveniet, præſtare jubetur, qua de re eleganter *Cicero* (10): *omnes iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur, qui cum profeſſi fuerint ſatisfacere non poſſunt, non in iis, qui abfuiſſe ab iis ſtudiis confitentur.*

Si navem aptam, idoneamque nauclerus præſtare debet, officium, & cura illius erit ut ſolidis, firmiſque anchoris, rudentibus, cæteriſque inſtrumentis inſtructa ſit, ne eorum vitio, aut defectu damnum aliquod, vel periculum contingat, quod ſi ipſe neglexerit inſignem culpam admiſiſſe dicendus eſt, & omne detrimentum, ac jacturam, quæ ab ejuſmodi negligentia derivarit, reficere jubetur. Neque minus culpa vacat magiſter navis ſi non ſatis idoneum,

& con-

(9) *Imperitia culpa annumeratur:* L. 132. D. de Reg. Jur.

(10) Orat. pro *Cn. Planc.*

& conſcium artis ſuæ gubernatorem navi regendæ præfecerit, aut ſi avaritia, vel alia cauſa ductus recta, facilique navigatione contempta, difficilia, & devia loca ſequatur, in quibus naufragia ſæpiſſime metuenda ſunt. *Damnum enim*, ut adpoſite Juriſconſultus, *quoque dediſſe videtur, qui occaſionem damni dedit*: Huc accedit ſi navis plus æquo oneretur, quoniam ut ad rem Juvenalis (11)

*Curatoris eget, qui navem mercibus implet,*
*Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur unda.*

quapropter ſi æquo navis oneri alias quoque merces lucri cauſa ſuperimponat nauclerus, atque adeo ob maximam earumdem vim navis ipſa periclitetur, & jactus fiat, collationi locus non eſt, ſed ſolus ille, qui in cauſa fuit, cur illud infortunium evenerit, ex æquitate damnum præſtare jubetur. Uno verbo ſi quis negligentia, conventionis violatione, aut alia quavis cauſa peccaverit, ita ut illius actioni commiſſæ, vel omiſſæ naufragii periculum, proinde-

(11) Saty. 14. ỳ. 287.

indeque rerum jactura imputetur, cæteri contributione liberantur, ſed ab eo detrimentum omne rependendum eſſe naturalis juris regula eſt. (12)

De jactu, quem dolus alicujus præceſſerit, inutile eſt verba facere; ſi enim culpa excuſanda non eſt, eo magis dolus auctori ſuo imputatur, quippe qui non intellectus defectum, qui aliquando vincibilis eſt, ſupponit, ſed ex voluntate, improbo nempe, & iniquo conſilio alteri nocendi, diſcedit; quapropter non ſolum quod attulit detrimentum quis ex dolo præſtabit, verum etiam commiſſi facinoris pœnam in bene conſtituta Civitate luat oportet, quod publicæ tranquillitati, & ſecuritati maxime confert.

CAP.

(12) Plura de naucleri, nautarumque culpa congeſſerunt. *Henn. Bohem.* cit. cap. §. 21. & ſeqq. *Loccen.* de Jur. marit. Lib. 1. cap. 7. §. 3. & 4. qui conſulendi. Vid. & L. 10. §. 1. D. eod. L. 7. Cod. de navic. L. 3. Cod. de naut. foen. L. unic. Cod. Ne quid oneri publ. L. 36. in f. D. de rei vindic. L. 13. §. 2. ff. Locat.

## CAP. VI.

*De Jure domini in res naufragas.*

VEtus opinio fuit jam uſque ab antiquis ducta temporibus, & populorum moribus, maritimiſque firmata inſtitutis, bona naufragorum ad littus ejecta aut primo cedere occupanti, aut Fiſco addici, & vindicari poſſe. Hujuſmodi improbae, & iniquae conſuetudini inter veteres cauſam fortaſſe illud dederat, quia nempe veluti inimicos eos omnes haberent, qui civili ſocietatis vinculo coniuncti non eſſent, neque eidem Civitati, & Reipublicae adſcripti forent. Univerſum enim genus hominum nulla inter ſe naturali ſocietate devinctum arbitrabantur, nullamque inter gentes aequitatis, & naturae leges vim obtinere autumabant. Hinc factum eſt, ut juſtitiae, & humanitatis officia inter anguſtos Patriae fines circumſcriberent, & quoad caeteras gentes aeterna univerſi juris praecepta negligerent, ac Naturae vocem, quae univerſos homines naturali quadam indulgentia, & benevolentia, tum etiam ſocietate juris contineri docet, non exaudirent. Hunc

Hunc barbarum morem antiquitus etiam apud cultiores populos Græcos nempe, & Romanos invaluiſſe certi ſumus, inter quos non antea exulaſſe liquet, quam peculiari ſeu *Antonini*, ſeu *Conſtantini* conſtitutione abrogaretur; ubi naturali æquitate motus Imperator (1) *ſi quando*, inquit, *naufragio navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat: Fiſcus meus ſe ſe non interponat. Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?*

Celebris eſt textus in *L.* ἀξίωσις. *9. D. ad Leg. Rhod.* ubi *Eudæmon Nicomedienſis* de rebus ſuis naufragis a Publicanis Cycladas habitantibus direptis apud *Antoninum* conqueritur: Verba legis hæc ſunt (2).

ἀξίω-

---

Cap. VI. (1) L. 1. Cod. Juſtin. de naufr.

(2) Ita vetus Interpres: *Deprecatio Eudæmonis Nicomedienſis ad Antoninum Imperatorem. Domine Imperator Antonine. Naufragium in Italia facientes direpti ſumus a Publicanis Cyclades Inſulas habitantibus. Reſpondit Antoninus Eudæmoni: ego quidem mundi Dominus, lex autem maris, lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, judicetur, quatenus nulla ne-*

Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον Βασιλέα· Κύριε Βασιλεῦ Ἀντωνῖνε. Ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν Δημοσίων τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι· Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

Mirum eſt quantum hæc lex Juriſconſultorum agitarit ingenia, quot commenta in ea interpretanda ſibi effinxerint, quot deliria, quot ſomnia venditarint. Ille enim ſe præſtantiſſimum cenſuit, qui criticam ſuam in hanc legem jactaret, & omnigenæ eruditionis ſcientiam ea occaſione oſtenderet, & cumularet; hinc exile potius verba captandi ſtudium, & ambitioſus animus in iis deprehenditur, quam verum legis ſenſum interpretandi, aut reſtituendi conſilium, quamobrem ubique confuſio, ubique ambiguitas exorta eſt; quod procul dubio non contigiſſet, ſi minus ambitioſo ingenio indulgentes, omnique pro Romanis legibus ſuperſtitioſa religione ſepoſita, quæ vere aut librariorum imperitia, aut ipſius *Antonini* culpa verba ſenſu

ſu

*noſtrarum legum adverſetur. Hoc idem divus quoque Auguſtus judicavit.*

ſu carent, ingenue faſſi eſſent. Hoc ipſum manifeſto patet conſideranti quantum in diverſa iverint Interpretes, qui legis litteræ explicandæ inſudarunt. Illud enim extra dubium eſt, nunquam in alienis verbis interpretandis homines diu, conſtanterque diſſentire, ac pro lubitu ſenſum affingere, niſi inſigni quodam vitio ejuſmodi verba laborent, ita ut ex communi, receptaque ſignificatione explicari, & intelligi nequeant.

Ea quæ præcipue Juriſconſultorum ingenium, mentemque agitarunt, ſunt *Antonini* verba, qui ſueto Roman. Imperatorum faſtu *Eudæmoni* in Italia naufragium paſſo (3) & a Publicanis di-

F re-

(3) Mirum eſt quantum ſeditioſe tumultuarint Interpretes fere omnes, & Grammatici ut *Italiam* hic loci delerent.. Verum ſi in emendanda lectione unanimi conſenſu convenerunt, in diverſa tamen vagati ſunt, cum Italiæ aliam vocem ſubſtituere niterentur, in quo adeo inter ſe diſſenſerunt, ut nulla ſit aut nominis ſimilitudine, aut loci proximitate maris pars, quam Italiæ loco reponendam eſſe non excogitarint. *Samuel Petitus* Miſcellan. Lib. 3. cap. 11. & *Joannes Seldenus*, Mar. clauſ. Lib. 1. cap. 25. eruditiſſimi ſane viri ἐν τῇ Ταλῳ legi cupiunt; cui lectioni ſi ſuffragari Τᾶλος inſula ex

repto reſpondit: *Ego quidem ſum mundi dominus*,

---

ex Sporadibus una dicenda eſt, attamen hujuſmodi lectio vitioſa ex eo apparet, quod nunquam Telium mare a Græcis, Latiniſque Scriptoribus memoretur, & ut adpoſite Cl. *Bynkerſoekius* ad h. L. cap. 4. *ſi inſularum urbium, locorumve nomina maribus vicinis dare licet, vel ea formare* κατ᾽ ἀναλογίαν *audire videor criticorum ingentem turbam, qui alia mox, & alia commenti Italiam varie affligent.*

*Claudius Salmaſius* (de mod. uſur. c. 4.) legit. ἐν τῇ παραλίᾳ nempe in littore, ſeu in ora maritima. Ἐν τῇ Ἀτταλίᾳ urbe Pamphiliæ ad maris oram vult *Cirionius* (ad V. Collat. Decretal. pag. 18.) *Jacobus* vero *Gothofredus*, *Hugo Grotius*, *Cruſius*, *Holſtenius*, aliique ἐν τῇ Ἰκαρίᾳ conclamant, quod præcipue deducunt tum ex proximitate Cycladum ubi Publicani *Eudæmonem* diripuerant, tum quia mare Ægeum, cujus pars mare Icarium erat, tempeſtatibus, & naufragiis infame celebratur. Alii denique alia commenti ſunt, atque ut omnigenæ eruditionis copiam facerent, ridicula ſane, & abſurda excogitarunt. Cæterum licet tanta loci intercapedine naufragium in Italia, & direptionem apud Cycladas vix concipere poſſis, attamen cum Codices omnes, tum Græci, tum Latini Italiam reponant, eam expungere non auderem, ac potius cum doctiſſimo *Joſepho Averanio* (Interpret. Jur. Lib. III. cap. 5. n. 10.) *Eudæmonis* navem vi tempeſtatis ex Italiæ litore quamvis longe remoto ad Cyclades Inſulas jactatam fuiſſe potius dubitarem.

*nus*, *lex antem maris:* in eo enim toti ſunt Interpretes nonnulli, ut ejuſmodi verba nullo orationis vitio laborare, & rectæ rationi conſentanea eſſe contendant; quod quidem utrum adſecuti fuerint facile quis intelliget, dummodo varios ſententiarum gurgites, implicitos verborum nexus, ambages, circuitus, quibus illi *Antonini* verba circumagunt, accuratius conſideret. Nobis autem fatendum eſſe videtur, *Antonini* reſponſum vitioſum omnino eſſe, ac ejuſdem verba ita recta ratione, communique ſenſu laborare, ut ex iis Imperatoris animus, & ſententia perſpicue intelligi nequeat, quod autem aut ipſi *Antonino*, aut Legis Auctori *Voluſio Metiano*, ſive (quod verius eſt) Librariorum imperitiæ, & negligentiæ tribuendum ſit, ignoramus. Quis enim ſanæ mentis conciliare poteſt *Antonini* (ut ipſe ait) imperium mundi cum imperio legis in mare? nonne & mare in ipſa voce mundi concluditur? ac generaliter ſi de lege loquitur, nonne illa & in mari, ac in terra æque imperare dicenda eſt? ubi ſi de lege Rhodia cum *Alciato* (4) intelligendum ſit,



(4) Diſputat. Lib. II. cap. 5.

inutilia erant quæ poſtea leguntur: *lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, judicetur, quatenus nulla noſtrarum legum adverſetur*: ita enim lex Rhodia domina, & non domina maris dicenda eſſet, quod foret abſurdum. Præterea cui bono *Antonini* reſponſio, ſe dominum eſſe mundi fatentis, cum illud ex lege Rhodia diiudicandum cenſeret? quænam in deprecatione, ac in reſcripto connexio rationis, quæ rerum, & verborum ordo, quæ conſtructio ſermonis invenitur? Hæc quodammodo & ipſi interpretes ſenſerunt, dum vago & incerto verborum gyro, longo orationis circuitu ſenſum legi affingunt, qui potius ex ipſorum mente, animoque, quam ex iiſdem *Antonini* verbis, deducitur. Nonnulli emendationibus gaudent, ac diverſimode legis verba, & interpunctiones corrigunt.

*Samuel Petitus* (5), cui & *Salmaſius* ſubſcribit (6) verbis ὁ δὲ νόμος ſubſtituit ὁ δὲ ἄνεμος, ita ut *Antoninus* reſpondeat; ego quidem ſum mundi Dominus, maris autem ventus, nec im-
pe-

(5) Miſcellan. Lib. 3. cap. 11.
(6) De mod. uſur. Cap. 5. p. 204.

pedire poſſum quominus naufragium paſſus fueris; verum ridicula emendatio hæc adparet ſi animadvertatur, *Eudæmonem* ad *Antoninum* ſupplicem non adire ob fortuitam calamitatem, ſcilicet ob naufragium, quod paſſus fuerat; tunc enim optimo jure reſpondiſſet Imperator, ſibi datum non eſſe, licet mundi Domino, tempeſtatibus modum ponere, ſed hoc vento omnino acceptum referendum eſſe, qui arbitrio ſuo undis imperat, fluctibuſque: verum *Eudæmon* pro rebus, quas Publicani diripuerant, exorabat, quo caſu non ſatis ea conveniſſe liquido patet.

Antiquam lectionem retinet *Seldenus* (7) interpunctione tantum hoc modo intermiſſa: ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῷ ῥοδίων κρινέσθω, ita ut intelligendum ſit: ego quidem ſum mundi Dominus, ſed vero lex, ſeu mos ille maris ex lege Rhodia judicetur; verum quænam eſt hujuſmodi ratio loquendi, ut lex, nempe nautica, ex lege nautica judicetur? & ſi conſuetudinem, ſeu morem intelligas, abſurdum

F 3

(7) Mar. Clauſ. Lib. I. cap. 25. Aliam quoque interpunctionem Seldenus reſtituit, quæ tamen levis, & inconcinna videtur.

dum omnino eſt ut paucis verbis interjectis νόμος & legem, & conſuetudinem ſignificet. Auctor quidam ita uno ſpiritu legit ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ſed quid exinde boni deducat non adparet, & ut adpoſite eruditiſſimus *Stypmannus*, (8) quid hoc eſt inquit, ὁ νόμος κρινέσθω τῷ νόμῳ? *nonne hoc ænigmaticum?* cui & abſurdum addere potuiſſet. *Seldeni* interpunctioni ſubſcribit *Jacobus Gotbofredus* (9) acceptaque *diſcretive* non *adverſative* particula δὲ longa adiecta paraphraſi ex mente ſua ita legis ſenſum affinxit, ut non *Antonini*, ſed ipſius potius *Gotbofredi* Reſcriptum merito diceres. *Bynkerſoekius* (10) vulgatam interpunctionem religioſiſſimus obſervat, ſibique ſuadet planam, concinnamque ſententiam eruere, verum & ipſe divinavit potius quæ fuerit mens *Antonini*, quam locutioni ſenſum reſtituit. Alii alia quoque venditant, quæ quidem omnia ſi perſequi velis labor immenſus, hinc tædium, utilitas autem nulla foret. Futiles igitur

(8) Jur. marit. Par. II. cap. 6. n. 144.
(9) Ad h. L. cap. 6.
(10) Ad h. L. cap. VII.

tur prætermittamus quæſtiones, ac ex toto legis contextu illud tantummodo eruere liceat, *Antonino* placuiſſe, ut *Eudæmonis* caſus ex Rhodiorum nauticis legibus dijudicaretur, quatenus nulla Romanorum lex iis adverſa eſſet, quod quidem & Auguſtum reſcripſiſſe Antoninus ipſe docet.

Verum ne diutius quam par eſt hic loci immoremur, cæteris omiſſis, ex hiſce omnibus colligimus, tunc in more poſitum eſſe res naufragas a Publicanis diripi, & Fiſco vindicari. Nonnulli tamen diverſimode direptionem, de qua Eudæmon querebatur explicant, & interpretantur. *Solebant*, inquit *Grotius* (11) *publicari bona, quorum non adparebat dominus in cuſtodiam ſuam ſumere; & pro ea cuſtodia partem ſibi aliquam vindicare. Ea pars quæ eſſet definitum erat lege Rhodia navali, quæ pro jure Gentium in illo mari vigebat; ſicut apud Galliam leges Oleronis: apud omnes tranſrhenanos populos leges Wisbycenſes*; verum cum naturali æquitati ſit conſentaneum, ut qui curam & operam impendunt pro mercibus, rebuſque

 nau-

(11) In Flor. Sparſione.

naufragis adſervandis, emolumentum aliquod percipiant, veriſimile non eſt, *Eudæmonem* hujuſmodi jus rapinam, & direptionem dixiſſe. *Jacobus Gothofredus*, ut maxime opinioni ſuæ faveat, qui ſervos publicos Civitatis intelligendos δημοσίους adeo acerrime contendit, id peculiariter apud Cyclades inſulas in uſu receptum fuiſſe credit, quæ hoc jus, ut ait, ſibi adrogabant κατὰ νόμον τῆς θαλάσσης.

Sed de jure, quod Fiſcus in res naufragas ſibi vindicabat, mentionem faciunt *Syrianus*, & *Sopatrus* in *Hermogenem* (12) ubi legimus: Νόμος τὰ εὑρισκόμενα λάφυρα τοῦ στρατηγοῦ εἶναι καὶ νόμος τὰ ναυάγια τῶν τελωνῶν εἶναι, & *Fortunatianus*: (13) *quæ eſt*, inquit, *ſimplex definitio? Quum unam rem ſimpliciter definimus, naufragia ad Publicanos pertineant. Cujuſdam naufragi corpus cum ornamentis ad littus expulſum arena obrutum eſt. Id Publicani eruerunt. Rei ſunt ſepulchri violati. Hic enim ſimpliciter quæritur, quid ſit ſepulchrum violare.* Neque cum toties laudato Gotho-

(12) *Lex eſt. Spolia, quæ inveniuntur ad Ducem exercitus pertinere; lex item naufragia eſſe Publicanorum.*

(13) Artis Rhet. Lib. I. pag. 46.

*thofredo* ea in Scholis Rhetorum ficta tantummodo ad declamandum themata ſupponas. Ita *Juvenalis*

*Res fiſci eſt ubicumque natat*

quod tamen luculentius adparet ex ſuperius memorata Conſtitutione in *L.* 1. *Cod. de Naufrag.* quam merito ipſi *Antonino* acceptam ferunt *Contius*, *Gotofredus*, *Pacius*, *Salmaſius*, *Averanius*, *Vinnius*, aliique, ubi jus Fiſci circa res naufragas abrogavit juſtiſſimus Imperator.

Videtur igitur hujuſmodi Conſtitutio poſterior eſſe Reſcripto ipſius *Antonini*, in quo *Eudæmonis* caſum ex lege Rhodia dijudicandum eſſe voluit. (14)

Po-

(14) Aliæ quoque in Pandectis æquiſſimæ leges occurrunt, quibus ſtatutum eſt, ut unuſquiſque naufragium ſuum impune colligat, & graviſſimæ exinde pœnæ contra naufragii direptores præſcriptæ ſunt. Vid. L. 3. ff. de acq. & amitt. poſſeſ. L. 44. ff. de acq. rer. dom. L. 1. 3. & ſeqq. ff. de incendio &c., quæ quidem omnes ex Juriſconſultorum libris, qui poſt *Antoninum* floruerunt excerptæ ſunt, ſi *Javolenum* excipias,

Poſteriori vero tempore, & collapſa Romana Republica, morem illum denuo invaluiſſe manifeſto patet ex *Auth. navigia. C. de Furt.* quæ ex Conſtitutionibus *Friderici* II. deſumpta eſt. (15) *Dans ces tems-là*, ait adpoſite clariſſimus *Monteſquieu*, *s'établirent les droits inſenſés d'aubaine, & de naufrage: les hommes penſérent que les étrangers ne leur étant unis par aucune communication du droit civil, ils ne leur devoient d'un côté aucune ſorte de juſtice; & de l'autre aucune ſorte de pitié.* (16)

Apud

pias, qui eadem fere ætate vixerat. Verum cum ad annum fere vigeſimum ſecundum *Antoninus* imperium perduxerit fieri potuit, ut Juriſconſultus de naufragii jure poſt memoratam conſtitutionem ſcripſiſſet. Huc accedit, quod hujuſmodi leges non jura Fiſci, ſed privatorum direptiones reſpiciunt, quo & D. Hadriani Edictum ab Ulpiano allatum in L. 7. ff. de Incendio &c. referendum eſt; quapropter valet utique coniectura, *Antonini* temporibus morem, ſeu legem obtinuiſſe Fiſco vindicandi res naufragas ad littus expulſas.

(15) Laudabilem hanc Conſtitutionem legibus ſuis criminalibus inſeruit *Carolus V.* Imperator. Apud *Goldaſt.* Conſtit. Imper. Tom. III. penult. pag. 559.

(16) Eſprit des Loix. Liv. XXI. Chap. 17.

Apud Anglos etiam, Armoricos, Siculos, teſte *Grotio* (17) de rebus naufragis confiſcandis leges extiterunt, ac *Bodinus* (18) hoc veluti ubique Gentium tunc in uſu receptum fuiſſe refert. In eo autem hic loci decepti eſſe videntur Legumlatores, quod res naufragas pro derelictis habendas eſſe cenſerent, adeoque jure territorii, quo appulerint, Principi, aut Fiſco vindicari jure potuiſſe, quæ quidem opinio, ut penitus refelli poſſit, altiori, & exquiſitiori indagine res inquirenda eſt. In-

(17) De Jur. Belli, & Pac. Lib. II. cap. 7. §. 1. in not.

(18) *Barbarum id quidem, & antiquis inuſitatum, ut cujus opes, & fortuna naufragio miſere perierint, & quem noſtris opibus ſublevare debeamus, ejus reliquias, quas ad littus ejectas bona fide reſtitui oportebat, turpe diripi patiamur. Sic tamen vivitur, ut qui portus habent eam crudelitatem tum in Cives, tum in peregrinos exequantur. Jus quaris? Error jus facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientia ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur.* De Rep. Lib. I. Vid. *Petr. Greg. Tholoſ.* Lib. IX. de Rep. cap. 1. n. 29. *Viſigothis* autem turpe id viſum fuit, dum in eorum legibus a *Lindenbrogio* collectis L. 7. tit. 2. c. 18. hæc inſcripta ſunt: *Quidquid de incendio, ruina, vel naufragio raptum fuerit, & aliquis ex hoc quidquam ab alio ſuſceperit, vel celarit, in quadruplum reformare cogatur.*

Introducto Natura annuente rerum dominio, ea fuit ipſius naturæ mens, & illud conſilium, ut unicuique in res, quas ſibi quæſiverat, conſtans, & perpetuum jus, ac æterna auctoritas eſſet, quæ præter illius voluntatem nunquam evaneſceret. Irritum alioquin, & inane fuiſſet objectum, quod genus humanum, & ipſa natura ſibi propoſuit dum primævam illam rerum communionem exulare voluit, ſuaſitque hominibus ut privatæ proprietates, & dominia introducerentur. Illud enim ea lege maxime cautum, proviſumque fuit, ne incerta rerum poſſeſſione, quæ humanæ vitæ tranquillitati, & diuturnitati neceſſariæ eſſent, incerta quoque foret ipſius vitæ conſervatio, ſed perpetuo earumdem rerum uſu, & proprietate quietam, & beatam vitam homines agere poſſent. Hinc omnibus peculiariter obligatio impoſita eſt, ut alienas proprietates religioſe venerentur, & a rebus alienis abſtineant, quod quidem ab ipſius dominii natura derivatum accepimus, quin huc revocetur oporteat *Grotii*, & *Puffendorfii* commentum, pactum nempe tacitum, & ſocietatem quandam initam eſſe inter homines, qua convenerunt, *ut qui rem alienam in ſua habe-*

*ret poteſtate eam domino redderet* (19). Huc accedit, quod ſi cuique naturali lege præceptum eſt, ut aliorum bona tum animi, tum corporis, tum fortunæ perficiat, eidem quoque impoſitum eſſe ſequitur, ut operam omnem, & ſtudium adhibeat, quo res amiſſæ in domini poteſtatem redeant, atque adeo unuſquiſque quæſitis juribus uti frui poſſit, quorum intermiſſio temporalis, vel amiſſio perpetua externum ſtatum imperfectiorem redderet, ipſique promovendæ felicitati, ad quam impellente natura ducimur, maximum ferret detrimentum. (20)

Verum ſi quis res quaſdam veluti vitæ uſui, & neceſſitatibus inutiles, aut alia quavis cauſa

---

(19) *Grot.* de J. B. & P. Lib. II. cap. 10. §. 1. Vide *Puffend.* De J. N. & G. Lib. IV. cap. 13. §. 3.

(20) Eximium juſtitiæ præceptum habes in *Deuteron.* cap. 22. ℣. 1. *Non videbis*, ait Divinus Legumlator, *bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo; etiam ſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: ſi inveneris eam ne negligas quaſi alienam.* Vid. *Exod.* 23. 4.

ſa ductus primævo naturæ ſtatui, univerſali nempe communioni reſtituat, ac earundem proprietati renunciet, tunc procul dubio denuo cenſentur nullius, & primo cedunt occupanti, ubi tamen animadvertendum eſt, non antea res hujuſmodi pro derelictas æſtimandas eſſe, quam dominus libere agens vel verbis, vel externo aliquo indicio manifeſte declaret, ſe quæſito juri renunciare velle, ac nolle ut eæ ſint in numero rerum ſuarum; uno verbo, voluntariæ derelictionis ſignum aliquod externum requiritur, quod ex particularibus circumſtantiis, & facti natura deduci poteſt.

Nec fortuita igitur, nec violenta, aut neceſſaria poſſeſſionis amiſſio voluntariæ derelictioni accenſeri poteſt, veluti quæ caſui, aut externæ vi, ſive neceſſitati, non animo, nec voluntati domini libere agenti tribuenda eſt, atque adeo certum eſt, in iis caſibus non ea mente, & conſilio dominum res ſuas amiſiſſe, ut earumdem proprietati perpetuo renunciaret. Si enim hac conditione dominium amitti poſſet, inane prorſus vanumque eſſet proprietatis jus a natura conceſſum, cum innumeri fere ſint caſus in humanæ vitæ curſu, & conditionibus, in quibus aut fortuito, aut vi majori poſſeſſione

re-

rerum ſuarum quis exui, & privari poteſt. Igitur ex natura dominii, & obiecto proprietatis colligimus, naturali lege cautum eſſe, ut unuſquiſque animo tantum dominium retinere poſſit, quod facile intelligi poteſt, ſi animadvertatur, dominii jus in mera facultate morali poſitum eſse, quod quidem ab actuali, & phyſica poſſeſſione differt omnino, ita ut ſi ea intercepta tibi ſit, vel ab ea invitus abſtineas, aut urgente neceſſitate rem poſſeſſam abiicias, attamen qualitas illa moralis, ſcilicet jus poſſidendi, ſive dominium integrum, illæſumque tibi relinquitur, proindeque ſi tempora, conditiones, opportunitates commutentur, ac facultate agendi phyſica uti frui poſſis nullo interveniente aut morali, aut phyſico impedimento, jure poſſidebis, cum legitima poſſidendi facultas ab illa tantummodo morali qualitate, nempe dominio ortum ducat.

Quæ cum ita ſint, manifeſte patet, nullo pacto merces illas pro derelictis habendas eſſe, quæ ſuborta tempeſtate in naufragio amittuntur, aut ipſius levandæ navis cauſa eiiciuntur. Ea enim eſt in eo rerum articulo vectorum, nautarumque conditio, ut niſi imminenti periculo rerum diſpendio conſulerent, ſalus omnium

peri-

*vari, & Fiſcum ex alieno diſpendio ſuum quærere compendium?*

Verum in oris quibuſdam Germaniæ maritimis, nempe ad Maris Baltici ripas, tam improba conſuetudo viget adhuc, obtinetque, & quod magis admiratione dignum eſt, ipſi Eccleſiarum miniſtri Luteranæ ſectæ addicti ex ſuggeſtu publice Deum iterum, iterumque precantur, ut naufragii juri benedicat, cujus juris gratia naufragorum bona crudeliter tollunt, diripiuntque. (24) Rem quidem execrabilem, in qua non modo cultiores populi, verum etiam Barbari quique erubeſcant! Mireris igitur, quod Cl. *Thomaſius* (25) in eo totus ſit, ut hujuſmodi juris æquitatem vindicet, & eam conſuetudinem ratione non deſtitui, nec quicquam contra juſtitiæ, & charitatis regulas continere contendat; qui tamen a Doctiſſimo *Barbeyracio* diſertiſſime confutatur. (26)

Fe-

(24) Confer *Hertium* Diſſert. de ſuperiorit. territor. §. 56. Tom. II. Comment. & Opuſc.

(25) Diſſert. de Statuum Imper. poteſt. legiſlat. §. 41.

(26) In not. ad *Puffend.* Droit de la Nat. & des Gens. Liv. IV. chap. 13.

Fere ubique tamen maritimis legibus conſtitutum eſt, ut certo tempore res naufragæ dominis ſuis adſerventur, quo elapſo niſi adparuerint pro majori parte Fiſco, pro minori autem inventori curæ, & cuſtodiæ cauſa tribuantur, quod maxime commercii utilitati, & tranquillitati expedire videtur. (27)



(27) Vid. *Loccen.* cit. cap. §. 10. *Vinn.* ad *Peck.* p. 273.

Poſteriori vero tempore, & collapſa Romana Republica, morem illum denuo invaluiſſe manifeſto patet ex *Auth. navigia. C. de Furt.* quæ ex Conſtitutionibus *Friderici* II. deſumpta eſt. (15) *Dans ces tems-là*, ait adpoſite clariſſimus *Monteſquieus*, *s'établirent les droits inſenſés d'aubaine*, *& de naufrage: les hommes penſérent que les étrangers ne leur étant unis par aucune communication du droit civil, ils ne leur devoient d'un côté aucune ſorte de juſtice; & de l'autre aucune ſorte de pitié.* (16)

Apud

---

pias, qui eadem fere ætate vixerat. Verum cum ad annum fere vigeſimum ſecundum *Antoninus* imperium perduxerit fieri potuit, ut Juriſconſultus de naufragii jure poſt memoratam conſtitutionem ſcripſiſſet. Huc accedit, quod hujuſmodi leges non jura Fiſci, ſed privatorum direptiones reſpiciunt, quo & D. Hadriani Edictum ab Ulpiano allatum in L. 7. ff. de Incendio &c. referendum eſt; quapropter valet utique conjectura, *Antonini* temporibus morem, ſeu legem obtinuiſſe Fiſco vindicandi res naufragas ad littus expulſas.

(15) Laudabilem hanc Conſtitutionem legibus ſuis criminalibus inſeruit *Carolus V.* Imperator. Apud *Goldaſt.* Conſtit. Imper. Tom. III. penult. pag. 559.

(16) Eſprit des Loix. Liv. XXI. Chap. 17.

Apud Anglos etiam, Armoricos, Siculos, teſte *Grotio* (17) de rebus naufragis confiſcandis leges extiterunt, ac *Bodinus* (18) hoc veluti ubique Gentium tunc in uſu receptum fuiſſe refert. In eo autem hic loci decepti eſſe videntur Legumlatores, quod res naufragas pro derelictis habendas eſſe cenſerent, adeoque jure territorii, quo appulerint, Principi, aut Fiſco vindicari jure potuiſſe, quæ quidem opinio, ut penitus refelli poſſit, altiori, & exquiſitiori indagine res inquirenda eſt. In-

(17) De Jur. Belli, & Pac. Lib. II. cap. 7. §. 1. in not.

(18) *Barbarum id quidem, & antiquis inuſitatum, ut cujus opes, & fortuna naufragio miſere perierint, & quem noſtris opibus ſublevare debeamus, ejus reliquias, quas ad littus ejectas bona fide reſtitui oportebat, turpe diripi patiamur. Sic tamen vivitur, ut qui portus habent eam crudelitatem tum in Cives, tum in peregrinos exequantur. Jus quaeris? Error jus facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientia ſcelus eſt, quod erroris ſpecie praetenditur.* De Rep. Lib. I. Vid. *Petr. Greg. Tholoſ.* Lib. IX. de Rep. cap. 1. n. 29. *Viſigothis* autem turpe id viſum fuit, dum in eorum legibus a *Lindenbrogio* collectis L. 7. tit. 2. c. 18. hæc inſcripta ſunt: *Quidquid de incendio, ruina, vel naufragio raptum fuerit, & aliquis ex hoc quidquam ab alio ſuſceperit, vel celarit, in quadruplum reformare cogatur.*

Introducto Natura annuente rerum dominio, ea fuit ipſius naturæ mens, & illud conſilium, ut unicuique in res, quas ſibi quæſiverat, conſtans, & perpetuum jus, ac æterna auctoritas eſſet, quæ præter illius voluntatem nunquam evaneſceret. Irritum alioquin, & inane fuiſſet obiectum, quod genus humanum, & ipſa natura ſibi propoſuit dum primævam illam rerum communionem exulare voluit, ſuaſitque hominibus ut privatæ proprietates, & dominia introducerentur. Illud enim ea lege maxime cautum, proviſumque fuit, ne incerta rerum poſſeſſione, quæ humanæ vitæ tranquillitati, & diuturnitati neceſſariæ eſſent, incerta quoque foret ipſius vitæ conſervatio, ſed perpetuo earumdem rerum uſu, & proprietate quietam, & beatam vitam homines agere poſſent. Hinc omnibus peculiariter obligatio impoſita eſt, ut alienas proprietates religioſe venerentur, & a rebus alienis abſtineant, quod quidem ab ipſius dominii natura derivatum accepimus, quin huc revocetur oporteat *Grotii*, & *Puffendorfii* commentum, pactum nempe tacitum, & ſocietatem quamdam initam eſſe inter homines, qua convenerunt, *ut qui rem alienam in ſua habe-*

*ret*

*ret poteſtate eam domino redderet* (19). Huc accedit, quod ſi cuique naturali lege præceptum eſt, ut aliorum bona tum animi, tum corporis, tum fortunæ perficiat, eidem quoque impoſitum eſſe ſequitur, ut operam omnem, & ſtudium adhibeat, quo res amiſſæ in domini poteſtatem redeant, atque adeo unusquisque quæſitis juribus uti frui poſſit, quorum intermiſſio temporalis, vel amiſſio perpetua externum ſtatum imperfectiorem redderet, ipſique promovendæ felicitati, ad quam impellente natura ducimur, maximum ferret detrimentum. (20)

Verum ſi quis res quasdam veluti vitæ uſui, & neceſſitatibus inutiles, aut alia quavis cauſa

(19) *Grot.* de J. B. & P. Lib. II. cap. 10. §. 1. Vide *Puffend.* De J. N. & G. Lib. IV. cap. 13. §. 3.

(20) Eximium juſtitiæ præceptum habes in *Deuteron.* cap. 22. ℣. 1. *Non videbis*, ait Divinus Legumlator, *bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo; etiam ſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum duces in domum ſuam, & erunt apud te quamdiu quaras ea frater ſuus, & recipias. Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui, qua perierit: ſi inveneris eam ne negligas quaſi alienam.* Vid. *Exod.* 23. 4.

ſa ductus primævo naturæ ſtatui, univerſali nempe communioni reſtituat, ac earundem proprietati renunciet, tunc procul dubio denuo cenſentur nullius, & primo cedunt occupanti, ubi tamen animadvertendum eſt, non antea res hujuſmodi pro derelictis æſtimandas eſſe, quam dominus libere agens vel verbis, vel externo aliquo indicio manifeſte declaret, ſe quæſito juri renunciare velle, ac nolle ut eæ ſint in numero rerum ſuarum; uno verbo, voluntariæ derelictionis ſignum aliquod externum requiritur, quod ex particularibus circumſtantiis, & facti natura deduci poteſt.

Nec fortuita igitur, nec violenta, aut neceſſaria poſſeſſionis amiſſio voluntariæ derelictioni accenſeri poteſt, veluti quæ caſui, aut externæ vi, ſive neceſſitati, non animo, nec voluntati domini libere agenti tribuenda eſt, atque adeo certum eſt, in iis caſibus non ea mente, & conſilio dominum res ſuas amiſiſſe, ut earumdem proprietati perpetuo renunciaret. Si enim hac conditione dominium amitti poſſet, inane prorſus vanumque eſſet proprietatis jus a natura conceſſum, cum innumeri fere ſint caſus in humanæ vitæ curſu, & conditionibus, in quibus aut fortuito, aut vi majori poſſeſſione

re-

rerum ſuarum quis exui, & privari poteſt. Igitur ex natura dominii, & obiecto proprietatis colligimus, naturali lege cautum eſſe, ut unuſquiſque animo tantum dominium retinere poſſit, quod facile intelligi poteſt, ſi animadvertatur, dominii jus in mera facultate morali poſitum eſse, quod quidem ab actuali, & phyſica poſſeſſione differt omnino, ita ut ſi ea intercepta tibi ſit, vel ab ea invitus abſtineas, aut urgente neceſſitate rem poſſeſſam abiicias, attamen qualitas illa moralis, ſcilicet jus poſſidendi, ſive dominium integrum, illæſumque tibi relinquitur, proindeque ſi tempora, conditiones, opportunitates commutentur, ac facultate agendi phyſica uti frui poſſis nullo interveniente aut morali, aut phyſico impedimento, jure poſſidebis, cum legitima poſſidendi facultas ab illa tantummodo morali qualitate, nempe dominio ortum ducat.

Quæ cum ita ſint, manifeſte patet, nullo pacto merces illas pro derelictis habendas eſſe, quæ ſuborta tempeſtate in naufragio amittuntur, aut ipſius levandæ navis cauſa eiiciuntur. Ea enim eſt in eo rerum articulo vectorum, nautarumque conditio, ut niſi imminenti periculo rerum diſpendio conſulerent, ſalus omnium

peri-

periclitaretur; Hinc neceſſitati potius, quam voluntariæ derelictioni hujuſmodi amiſſio imputanda eſt, quæ licet quodammodo ex voluntate pendeat, attamen invita dici debet. Ille enim qui ob imminentis alicujus mali periculum actionem committit, quam ſepoſito metu, aut elapſo periculo non committeret, invite agere dicendum eſt; facit nempe, ut ajunt, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ; quapropter qui levandæ navis gratia res aliquas projiciunt, non ea mente, animoque faciunt, ut eas habeant pro derelicto, quia, ut ait adpoſite *Julianus* (21), *ſi invenerint eos ablaturos, & ſi ſuſpicati fuerint in quem locum ejecta ſunt requiſituros: ut perinde ſit, ac ſi quis onere preſſus in viam rem abiecerit, mox cum aliis reverſurus, ut eamdem auferret*. Abludit igitur a vero *Ulpianus*, qui de hujuſ-

(21) L. 8. D. ad Leg. Rhod. Vid. *Peck.* in Comment. ad h. l. & *Vinn.* in not. ibid. Conc. §. ult. Inſt. de rer. diviſ. L. 9. §. ult. in f. D. de acquir. rer. dom. L. pen. in f. D. pro derelict. L. interdum. 21. §. 2. D. de acq. poſſeſſ. & *Attaliatta* in Synopſ. Baſil. Tit. 48. τὸ ῥιπτόμενον, inquit, οὐ γίνεται ἀδέσποτον, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου μένει &c.

huju{ſ}modi jactu verba faciens (22), ac inquirens ſi quidem derelinquendi animo in nave quis eiecit, *quod plerumque*, ait, *credendum eſt cum ſciat periturum*; metus enim bona naufraga, aut eiecta omittendi non impedit, quominus ea mente ſim, ut ſi quando annuente fortuna inveniam, denuo in meam poteſtatem reducantur. Quapropter ab ipſa humanitate, & æquitate naturali abhorret ex re tam luctuoſa, nempe ex naufragio, lucrum ſectari; *Nonne*, ait eleganter *Loccenius*, (23) *inhumanum, & iniquum eſt calamitoſos abſque ſuo facto re ſua pri-*

 *va-*

(22) L. Falſus creditor. 43. §. penult. D. de Furtis. Supponit *Weſembecius*, *Ulpianum* hic loci de jactu ſpontaneo loqui, de eo videlicet, qui ſimpliciter, neque urgente neceſſitate res aliquas in mare proiicit. Verum ſi de hujuſmodi jactu verba faceret Juriſconſultus male dixiſſet, *quod plerumque credendum eſt* cum ita ſint homines a natura comparati ut habendi cupidi ſint, & difficile rerum ſuarum dominium abiiciant. Ita idem *Ulpianus* falſe arbitratus eſt in *L. Pomponius in f. D. de acq. rer. dom.* ea, quæ naufragio amittuntur, noſtra quidem eſſe deſinere; nam & ipſa ſunt in deperditis, non in derelictis. Vid. *Perez.* ad Cod. Tit. de Naufrag. n. 26.

(23) De Jur. marit. Lib. I. cap. 7. §. 9.

*vari, & Fiſcum ex alieno diſpendio ſuum quærere compendium?*

Verum in oris quibuſdam Germaniæ maritimis, nempe ad Maris Baltici ripas, tam improba conſuetudo viget adhuc, obtinetque, & quod magis admiratione dignum eſt, ipſi Eccleſiarum miniſtri Luteranæ ſectæ addicti ex ſuggeſtu publice Deum iterum, iterumque precantur, ut naufragii juri benedicat, cujus juris gratia naufragorum bona crudeliter tollunt, diripiuntque. (24) Rem quidem execrabilem, in qua non modo cultiores populi, verum etiam Barbari quique erubeſcant! Mireris igitur, quod Cl. *Thomaſius* (25) in eo totus ſit, ut hujuſmodi juris æquitatem vindicet, & eam conſuetudinem ratione non deſtitui, nec quicquam contra juſtitiæ, & charitatis regulas continere contendat; qui tamen a Doctiſſimo *Barbeyracio* diſertiſſime confutatur. (26)

Fe-

(24) Confer *Hertium* Diſſert. de ſuperiorit. territor. §. 56. Tom. II. Comment. & Opuſc.

(25) Diſſert. de Statuum Imper. poteſt. legiſlat. §. 41.

(26) In not. ad *Puffend.* Droit de la Nat. & des Gens. Liv. IV. chap. 13.

Fere ubique tamen maritimis legibus conſtitutum eſt, ut certo tempore res naufragæ dominis ſuis adſerventur, quo elapſo niſi adparuerint pro majori parte Fiſco, pro minori autem inventori curæ, & cuſtodiæ cauſa tribuantur, quod maxime commercii utilitati, & tranquillitati expedire videtur. (27)



(27) Vid. *Loccen.* cit. cap. §. 10. *Vinn.* ad *Peck.* p. 273.

## CAP. VII.

### *De Nautico fœnore.*

N*Auticum fœnus*, ut ait Cl. *Loccenius*, (1) *nihil aliud eſt*, *quam talis pecunia*, *quam creditor*, *recepto in ſe dubii eventus periculo*, *alicui ſub certis uſuris*, *tamquam periculi compenſatione tradit.*

Varia tamen nomina nautico fœnori tribuerunt Juriſconſulti, & *maritimum fœnus*, *uſuras maritimas*, ac *periculi pretium* nuncuparunt. Apud Romanos vero peculiariter *traiectitiæ pecuniæ* nomen inditum eſt, quo tamen non tantum pecuniam, verum etiam merces, aliaſve res trans-mare vehendas ipſius Creditoris periculo referes.

Bodemeria germanica voce (2) contractus eſt in quo magiſtro navis, ſive exercitori pecunia

Cap. VII. (1) Jur. marit. Lib. II. cap. 6. §. 2.

(2) Ratio nominis a Germanico vocabulo *boden* petita eſt, quo navis fundus, ſive carina intelligitur, atque adeo

nia mutua creditur ea lege, ut ſi navis pereat jus crediti amittatur, verum ſi ad locum quemdam deſtinatum incolumis advenerit, ſors cum uſuris maritimis reſtituatur. Nullum igitur diſcrimen invenias inter hujuſmodi contractum, & trajectitiam pecuniam, ſi illud excipias, quod in Bodemeria navis in contractum deducitur, eaque peculiariter fœneratori oppignoratur. Quin immo pro quavis nautica pecunia, aut fœnore nautico aliquando, teſte *Loccenio*, (cit. cap.) uſurpatur.

Quæſitum eſt an contractus fœnebris jure naturæ licitus ſit, ita ut ſine alterius læſione, ac naturalis juſtitiæ infractione cum quis inire poſſit: Quæſtio hæc jam uſque ab antiquiſſimis ducta temporibus, ſæpe agitata eſt inter veteres, recentioreſque, juſtitiæ, & Religionis magiſtros; verum dum Philoſophi in ſcholis acerrime diſputabant, fœnus nauticum interea populorum inſtitutis, moribuſque comprobatum ſemper, & ubique receptum fuit. Huic quæ-

 ſtio-

adeo per ſynecdochen pro tota navi hic loci ſumitur, in quam pecunia creditur. Vid. *Stypman.* Jur. marit. P. 4. cap. 5. n. 37.

ſtioni cauſam fortaſſe dederat ipſius pecuniae natura, quae abſtracte, ut ajunt, ac in ſe conſiderata nullum fructum, & emolumentum ſuppeditat, adeoque injuria agere viſus eſt qui ex ea aliquod incrementum conſequeretur. Haec vero corruunt omnino ſi animadvertatur, pecuniam veluti rerum omnium pretium, & imaginem facile permutari poſſe in uberrimos campos, in amena, & fecundiſſima pomaria, & in caetera omnia, quae vitae voluptatibus, & neceſſitatibus maxime inſerviunt; quapropter exoticae jam, futilique ſcholaſticorum ſubtilitati, non rectae rationi, & veritati argumentum hoc acceptum referendum eſt.

Igitur naturali juri fœnus nauticum nullo pacto adverſari contendimus, nullaque injuria eum agere, qui pecuniam maris periculo committens, aliquid emolumentum veluti periculi pretium percipit ab eo, qui ejuſmodi pecuniae uſum in ſe convertit, omneque ex eo quod inde lucratur, quod praecipue ex dominii, & proprietatis jure, & naturali libertate deducitur, [illegible] accedit quod hujuſmodi contractus [illegible] cites, & alicui damnum [illegible] neceſſitatibus, & ipſius [illegible] optimum exper[illegible]

Ne-

Neque à Stoica auſteritate, & ſupercilio nauticum fœnus alienum eſſe putarunt *Zeno*, & *Menippus*, qui, teſte *Laertio*, illud impenſe exercuerunt; quinimmo eximium illud ſimulatæ virtutis ſimulacrum, ac perpetuus in aliis vitiorum obtrectator, *Cato* nempe Major, qui interroganti cuidam quid eſſet fœnerari? *idem*, reſpondit, *ac hominem occidere*, ipſe, inquam, acerrimus erat fœnerator, atque adeo iniquum fœnoris nautici genus exercebat, ut illud merito *Plutarchus* (3) διαβεβλημένον dixerit.

Si uſuræ maritimæ ſunt periculi pretium, naturale eſt ut ipſæ creſcant, aut decreſcant prout creſcit, aut decreſcit ipſius periculi metus. Hinc iis legem ponere impoſſibile eſt, veluti quæ ex longo, aut brevi itinere, magis, minuſve periculoſa navigatione, temporis & locorum opportunitate, cæteriſque, quæ periculum augent, aut imminuunt, incrementum, vel decrementum accipiunt. Ita apud Græcos maritimis ſtatuendis uſuris propioris, aut remotioris periculi ratio habebatur, ut luculenter obſervavit *Salmaſius* (Cap. 5. de mod. uſur.)

 ac

(3) In Vit. *Caton.*

ac veteribus Romanorum legibus eas indefinitas fuiſſe accepimus ex *Paulo* Lib. II. ſentent. Tit. 14. §. 3. ubi ait: *Trajectitia pecunia propter periculum creditoris quamdiu navigat navis infinitas uſuras recipere poteſt*. Poſtea vero *Juſtinianus* non ultra centeſimas eſſe voluit, nempe unciam unam ſingulis menſibus (4), adeoque duodecim pro centum in annum conſtituit. L. 26. *Cod. de Uſuris*. Deinde vero majores uſuras uſu receptas indulſit in Novel. 106.; quam denuo revocaſſe, & ad centeſimas iterum illas reduxiſſe in Novel. 110. putat Doctiſſimus *Cujacius* (5).

Ho-

---

(4) Solebant veteres in menſes non in annos fœnerari. Vid. *Plutarch.* in Libel. περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Ita uſura menſtrua a *Cicerone* dicitur. 6. ad Attic. & *Horat.* Epod. Od. 2. *omnem*; ait, *relegit idibus pecuniam*.

(5) In Expoſit. Nov. 110. & Obſervat. Lib. XXVII. Cap. 37. Cui tamen non ſubſcribit *Salmaſius* de modo uſur. cap. 9. ac arbitratur ea Novella antiquam facultatem reſtitutam eſſe paciſcendi pro traiectitia pecunia quantas uſuras quis vellet. Quidquid ſit explorare inſtituti noſtri ratio non patitur. Vid. *Stypman.* de Jur. marit. P. IV. Cap. 2. n. 262. & ſeqq. & *Perez.* Prælect. in Cod. Tit. de nautic. fœnore.

Hodiernis vero moribus, & inſtitutis invaluit, ut nauticæ uſuræ nullis circumſcribantur limitibus, atque ultra quoque centeſimam in pactum licite deducantur ex menſura periculi, quod, ut cæteræ omnes probabilitates, ad calculum facile redigitur.

Quæ jura, & obligationes in nautico fœnore ex naufragio oriantur facillime dignoſcitur. Cum enim trajectitiam pecuniam, ſeu merces trans-mare vehendas ſuo periculo tradat creditor, conſequens eſt & ſortis, & uſurarum præſtatione debitorem liberari, ſi navis fractione pereant, aut jactus cauſa amittantur. Limita vero caſum, in quo ſeu dolo, ſeu culpæ debitoris hujuſmodi jactura accepta referenda eſt (6),

ve-

(6) Vid. L. 122. §. 1. ff. de verbor. oblig. ejuſque legis interpretationem apud *Cujac.* Obſervat. Lib. II. Cap. 11. Ita ſi navigii, quod ad certum locum ex conventione deſtinabatur, periculum ſuſcipiat creditor, ac debitor illicitis comparatis mercibus alio naviget, ibique merces, aut navim Fiſcus occupet, amiſſarum mercium detrimentum creditori non adſcribitur, quia ut bene traditum eſt in *L. 3. Cod. de naut. fœn. non ex marina tempeſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti avaritia, & incivili debitoris audacia accidiſſe adſeveratur.*

veluti ſi devia, & difficilia loca ſectatus tutiorem, facilemque navigationem contemnat; ſi alio, quam quo convenerat, curſum tendat, dirigatque, uno verbo ſi quid omiſerit, aut commiſerit, ut ipſi naufragium jure, meritoque imputetur, damnum omne ab eo reficiendum eſt, veluti qui in cauſa fuit, cur alter detrimentum paſſus ſit: non enim dolum, & culpam, ſed fortuiti, & inevitabilis periculi caſum in ſe ſuſcepit creditor, ubi tamen intelligas omne incommodum, quod ex navigatione metui poteſt. Hinc naturæ lex eſt, ut debitor, ſive magiſter navis ſit, ſive mercator, curam omnem, & diligentiam adhibeat, ne res, aut navis pereat, quam tum adhibuiſſe dicendus eſt, ſi nullum quidem omittat medium, quo periculum amovere, & evadere poſſit.

Conditionalis igitur Contractus hic dici debet, nam ſi ſalva navis ad locum deſtinatum pervenerit, ſive ad portum redierit uſuras debitor ſpondet; hinc niſi peracta navigatione, tunc enim conditio adimpletur, jura, & obligationes convaleſcunt, neque antea debitum, ſors ſcilicet cum uſuris perſolvi debet, (7) Cæte-

(7) Æquum vero viſum eſt induciis viginti dierum mercato-

terum pactis omnino, & conventionibus contrahentium ſtandum eſt, quæ quidem menſura ſunt omnium jurium, & obligationum, quæ in nautico fœnore, aut traiectitia pecunia, ſeu Bodemeria ex naufragio ortum ducunt.

CAP.

catoribus indulgere ad diſtrahendas merces, & pecuniam conficiendam, priuſquam ſortem & uſuras creditoribus ſolvant, quo tamen tempore elapſo, ac præterito periculo, uſuras communes, ut in terreſtri fœnore, rependent. Vid. L. 4. & 6. D. de naut. fœn. L. 1. Cod. eod. Novel. 106. *Cujac.* Obſervat. Lib. 27. cap. 27.

## CAP. ULTIMUM.

### *De Aſſecuratione.*

SI rerum humanarum vices, & naturam quis conſideret, ſi negotiorum geſtorum finem, commercii diſcrimina, & caſus expendat, multam quidem diverſo hominum ingenio, & induſtriæ, maximam vero partem in rerum eventu fortunæ tribuat oportet, cujus imperium ab obſcuro penitus rerum ordine ita pendet, ut humano conſilio, & prudentia ei ſe ſubducere homines nequeant. Quod quidem ſi verum eſt in humanis fere rebus omnibus, peculiariter in nauticis negotiis hoc animadvertere licet, quæ pelago infido, fluctibuſque commiſſa periculis continuo obnoxia ſunt, ac negotiatorum ſpem ſæpiſſime inanem reddunt omnino. Exinde maxima in commercio perturbatio foret, & detrimentum, cum difficilius ad mercaturam animum adverterent homines, qui ſuborta tempeſtate unius horæ luctuoſo infortunio ſæpe plurium annorum operam, ſollicitudinem, & induſtriam evaneſcere, ac uno prædonum incur-

curſu, cælique iniuria longo tempore, & labore congeſtas opes in præceps ruere viderent, niſi quoddam hominum genus inveniretur, qui auri ſiti, & habendi cupidine cæteris audentiores mercatorum ſecuritati proſpicerent, & in partem compendii vocarentur; ex quo factum eſt ut mira in commercio concordia, & utilitas oriatur, quandoquidem dum alter ingenium, operam, & induſtriam locat, alter periculum in ſe ſuſcipit, & periculi pretium conſequitur.

Hinc *Aſſecuratio* inventa eſt Contractus inter mercatores frequentiſſimus, (1) & Romanis penitus ignotus (2), licet nonnulli ejus exemplum apud *Livium* invenire ſibi ſuadeant, cum ait (3): *ut quæ in naves impoſuiſſent ab hoſtium, tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent*, ibi enim, licet. Reſpub. rerum ad Hiſpanienſem exercitum vehendarum periculum in ſe ſuſcipe-

Cap. Ult. (1) *Averſionem periculi* vocat *Grotius* de Jure B. & P. Lib. II. cap. 12. §. 3. quem alii quoque ſecuti ſunt.

(2) Quin immo & ipſum vocabulum *aſſecurationis* veteribus Juriſconſultis, & Latinis incognitum omnino fuit.

(3) Lib. 23. cap. 49.

## C A P. V I I.

### *De Nautico fœnore.*

NAuticum fœnus, ut ait Cl. *Loccenius*, (1) *nihil aliud eſt, quam talis pecunia, quam creditor, recepto in ſe dubii eventus periculo, alicui ſub certis uſuris, tamquam periculi compenſatione tradit.*

Varia tamen nomina nautico fœnori tribuerunt Juriſconſulti, & *maritimum fœnus, uſuras maritimas*, ac *periculi pretium* nuncuparunt. Apud Romanos vero peculiariter *traiectitiæ pecuniæ* nomen inditum eſt, quo tamen non tantum pecuniam, verum etiam merces, aliaſve res trans-mare vehendas ipſius Creditoris periculo referes.

Bodemeria germanica voce (2) contractus eſt in quo magiſtro navis, ſive exercitori pecunia

Cap. VII. (1) Jur. marit. Lib. II. cap. 6. §. 2.

(2) Ratio nominis a Germanico vocabulo *boden* petita eſt, quo navis fundus, ſive carina intelligitur, atque adeo

nia mutua creditur ea lege, ut ſi navis pereat jus crediti amittatur, verum ſi ad locum quemdam deſtinatum incolumis advenerit, ſors cum uſuris maritimis reſtituatur. Nullum igitur diſcrimen invenias inter hujuſmodi contractum, & trajectitiam pecuniam, ſi illud excipias, quod in Bodemeria navis in contractum deducitur, eaque peculiariter fœneratori oppignoratur. Quin immo pro quavis nautica pecunia, aut fœnore nautico aliquando, teſte *Loccenio*, (cit. cap.) uſurpatur.

Quæſitum eſt an contractus fœnebris jure naturæ licitus ſit, ita ut ſine alterius læſione, ac naturalis juſtitiæ infractione eum quis inire poſſit. Quæſtio hæc jam uſque ab antiquiſſimis ducta temporibus, ſæpe agitata eſt inter veteres, recentioreſque juſtitiæ, & Religionis magiſtros; verum dum Philoſophi in ſcholis acerrime diſputabant, fœnus nauticum interea populorum inſtitutis, moribuſque comprobatum ſemper, & ubique receptum fuit. Huic quæ-

 ſtio-

2 adeo per ſynecdochen pro tota navi hic loci ſumitur, in quam pecunia creditur. Vid. *Stypman.* Jur. marit. P. 4. cap. 5. n. 37.

ſtioni cauſam fortaſſe dederat ipſius pecuniæ natura, quæ abſtracte, ut ajunt, ac in ſe conſiderata nullum fructum, & emolumentum ſuppeditat, adeoque iniuria agere viſus eſt qui ex ea aliquod incrementum conſequeretur. Hæc vero corruunt omnino ſi animadvertatur, pecuniam veluti rerum omnium pretium, & imaginem facile permutari poſſe in uberrimos campos, in amena, & fæcundiſſima pomaria, & in cætera omnia, quæ vitæ voluptatibus, & neceſſitatibus maxime inſerviunt; quapropter exoticæ jam, futilique ſcholaſticorum ſubtilitati, non rectæ rationi, & veritati argumentum hoc acceptum referendum eſt.

Igitur naturali juri fœnus nauticum nullo pacto adverſari contendimus, nullaque injuria eum agere, qui pecuniam maris periculo committens, aliquid emolumentum veluti periculi præmium percipit ab eo, qui ejuſmodi pecuniæ uſum in ſe convertit, omnemque ex eo utilitatem lucratur, quod præcipue ex dominii, & proprietatis jure, & naturali libertate deducitur. Huc accedit quod hujuſmodi contractus potius quam ſit illicitus, & alicui damnum inferat, humani generis neceſſitatibus, & ipſius commercii utilitati potiſſimum expedit.

Ne-

Neque a Stoica auſteritate, & ſupercilio nauticum fœnus alienum eſſe putarunt *Zeno*, & *Menippus*, qui, teſte *Laertio*, illud impenſe exercuerunt; quinimmo eximium illud ſimulatæ virtutis ſimulacrum, ac perpetuus in aliis vitiorum obtrectator, *Cato* nempe Major, qui interroganti cuidam quid eſſet fœnerari? *idem*, reſpondit, *ac hominem occidere*, ipſe, inquam, acerrimus erat fœnerator, atque adeo iniquum fœnoris nautici genus exercebat, ut illud merito *Plutarchus* (3) διαβεβλημένον dixerit.

Si uſuræ maritimæ ſunt periculi pretium, naturale eſt ut ipſæ creſcant, aut decreſcant prout creſcit, aut decreſcit ipſius periculi metus. Hinc iis legem ponere impoſſibile eſt, veluti quæ ex longo, aut brevi itinere, magis, minuſve periculoſa navigatione, temporis & locorum opportunitate, cæteriſque, quæ periculum augent, aut imminuunt, incrementum, vel decrementum accipiunt. Ita apud Græcos maritimis ſtatuendis uſuris propioris, aut remotioris periculi ratio habebatur, ut luculenter obſervavit *Salmaſius* (Cap. 5. de mod. uſur.)



(3) In Vit. *Caton.*

ac veteribus Romanorum legibus eas indefinitas fuiſſe accepimus ex *Paulo* Lib. 11. ſententi. Tit. 14. §. 3. ubi ait: *Trajectitia pecunia propter periculum creditoris quamdiu navigat navis infinitas uſuras recipere poteſt*: Poſtea vero *Juſtinianus* non ultra centeſimas eſſe voluit, nempe unciam unam ſingulis menſibus (4), adeoque duodecim pro centum in annum conſtituit. L. 26. *Cod. de Uſuris*. Deinde vero majores uſuras uſu receptas indulſit in Novel. 106.; quam denuo revocaſſe, & ad centeſimas iterum illas reduxiſſe in Novel. 110. putat Doctiſſimus *Cujacius* (5).

Ho-

(4) Solebant veteres in menſes non in annos fœnerari. Vid. *Plutarch.* in Libel. περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Ita uſura menſtrua a *Cicerone* dicitur. 6. ad Attic. & *Horat.* 20. Epod. Od. 2. *omnem*, ait, *relegit idibus pecuniam*.

(5) In Expoſit. Nov. 110. & Obſervat. Lib. XXVII. Cap. 37. Cui tamen non ſubſcribit *Salmaſius* de modo uſur. cap. 9. ac arbitratur ea Novella antiquam facultatem reſtitutam eſſe paciſcendi pro trajectitia pecunia quantas uſuras quis vellet. Quidquid ſit explorare inſtituti noſtri ratio non patitur. Vid. *Stypman.* de Jur. marit. P. IV. Cap. 2. n. 262. & ſeqq. & *Perez.* Prælect. in Cod. Tit. de nautic. fœnore.

Hodiernis vero moribus, & inſtitutis invaluit, ut nauticæ uſuræ nullis circumſcribantur limitibus, atque ultra quoque centeſimam in pactum licite deducantur ex menſura periculi, quod, ut cæteræ omnes probabilitates, ad calculum facile redigitur.

Quæ jura, & obligationes in nautico fœnore ex naufragio oriantur facillime dignoſcitur. Cum enim trajectitiam pecuniam, ſeu merces trans mare vehendas ſuo periculo tradat creditor, conſequens eſt & ſortis, & uſurarum præſtatione debitorem liberari, ſi navis fractione pereant, aut jactus cauſa amittantur. Limita vero caſum, in quo ſeu dolo, ſeu culpæ debitoris hujuſmodi jactura accepta referenda eſt (6), ve-

(6) Vid. L. 122. § 1. ff. de verbor. oblig. ejuſque legis interpretationem apud *Cujac.* Obſervat. Lib. II. Cap. 11. Ita ſi navigii, quod ad certum locum ex conventione deſtinabatur, periculum ſuſcipiat creditor, ac debitor illicitis comparatis mercibus alio naviget, ibique merces, aut navim Fiſcus occupet, amiſſarum mercium detrimentum creditori non adſcribitur, quia ut bene traditum eſt in *L. 3. Cod. de naut. fœn. non ex marina tempeſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti avaritia, & incivili debitoris audacia accidiſſe adſeveratur.*

veluti ſi devia, & difficilia loca ſectatus tutiorem, facilemque navigationem contemnat; ſi alio, quam quo convenerat, curſum tendat, dirigatque, uno verbo ſi quid omiſerit, aut commiſerit, ut ipſi naufragium jure, meritoque imputetur, damnum omne ab eo reficiendum eſt, veluti qui in cauſa fuit, cur alter detrimentum paſſus ſit: non enim dolum, & culpam, ſed fortuiti, & inevitabilis periculi caſum in ſe ſuſcepit creditor, ubi tamen intelligas omne incommodum, quod ex navigatione metui poteſt. Hinc naturæ lex eſt, ut debitor, ſive magiſter navis ſit, ſive mercator, curam omnem, & diligentiam adhibeat, ne res, aut navis pereat, quam tum adhibuiſſe dicendus eſt, ſi nullum quidem omittat medium, quo periculum amovere, & evadere poſſit.

Conditionalis igitur Contractus hic dici debet, nam ſi ſalva navis ad locum deſtinatum pervenerit, ſive ad portum redierit uſuras debitor ſpondet; hinc niſi peracta navigatione, tunc enim conditio adimpletur, jura, & obligationes convaleſcunt, neque antea debitum, ſors ſcilicet cum uſuris perſolvi debet. (7) Cæte-

(7) Æquum vero viſum eſt inducias viginti dierum mercato-

terum pactis omnino, & conventionibus contrahentium ſtandum eſt, quæ quidem menſura ſunt omnium jurium, & obligationum, quæ in nautico fœnore, aut traiectitia pecunia, ſeu Bodemeria ex naufragio ortum ducunt.

CAP.

---

catoribus indulgere ad diſtrahendas merces, & pecuniam conficiendam, priuſquam ſortem & uſuras creditoribus ſolvant, quo tamen tempore elapſo, ac præterito periculo, uſuras communes, ut in terreſtri fœnore, rependent. Vid. L. 4. & 6. D. de naut. fœn. L. 1. Cod. eod. Novel. 106. *Cujac.* Obſervat. Lib. 27. cap. 27.

## CAP. ULTIMUM.

*De Aſſecuratione.*

SI rerum humanarum vices, & naturam quis conſideret, ſi negotiorum geſtorum finem, commercii diſcrimina, & caſus expendat, multam quidem diverſo hominum ingenio, & induſtriæ, maximam vero partem in rerum eventu fortunæ tribuat oportet, cujus imperium ab obſcuro penitus rerum ordine ita pendet, ut humano conſilio, & prudentia ei ſe ſubducere homines nequeant. Quod quidem ſi verum eſt in humanis fere rebus omnibus, peculiariter in nauticis negotiis hoc animadvertere licet, quæ pelago infido, fluctibuſque commiſſa periculis continuo obnoxia ſunt, ac negotiatorum ſpem ſæpiſſime inanem reddunt omnino. Exinde maxima in commercio perturbatio foret, & detrimentum, cum difficilius ad mercaturam animum adverterent homines, qui ſuborta tempeſtate unius horæ luctuoſo infortunio ſæpe plurium annorum operam, ſollicitudinem, & induſtriam evaneſcere, ac uno prædonum incur-

curſu, cælique iniuria longo tempore, & labore congeſtas opes in præceps ruere viderent, niſi quoddam hominum genus inveniretur, qui auri ſiti, & habendi cupidine cæteris audentiores mercatorum ſecuritati proſpicerent, & in partem compendii vocarentur; ex quo factum eſt ut mira in commercio concordia, & utilitas oriatur, quandoquidem dum alter ingenium, operam, & induſtriam locat, alter periculum in ſe ſuſcipit, & periculi pretium conſequitur.

Hinc *Aſſecuratio* inventa eſt Contractus inter mercatores frequentiſſimus, (1) & Romanis penitus ignotus (2), licet nonnulli ejus exemplum apud *Livium* invenire ſibi ſuadeant, cum ait (3): *ut quæ in naves impoſuiſſent ab hoſtium, tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent*, ibi enim, licet. Reſpub. rerum ad Hiſpanienſem exercitum vehendarum periculum in ſe ſuſcipe-

Cap. Ult. (1) *Averſionem periculi* vocat *Grotius* de Jure B. & P. Lib. II. cap. 12. §. 3. quem alii quoque ſecuti ſunt.

(2) Quin immo & ipſum vocabulum *aſſecurationis* veteribus Juriſconſultis, & Latinis incognitum omnino fuit.

(3) Lib. 23. cap. 49.

peret, & earum ſecuritatem promitteret, attamen in ea conventione multa deficiunt, quibus ab hodierna Aſſecuratione diſtat qua nplurimum; ac multo minus ex *Suetonii* loco (*in Claud. cap.* 16.) illud colligimus, ubi *Claudius* Imperator præmium, & hyberni commeatus ſecuritatem vectoribus promittebat, navigationem ita, & commercium promoturus.

Aſſecurationem primo in Italia invaluiſſe certum eſt, ſed non antea initium XVI. ſæculi cum prima Capitula a Florentinis compoſita inveniantur anno 1529., ut liquido conſtat ex contractu *Juliani Silveſtri* Notarii Florentini, quem refert Targa de jure maritimo ſcriptor accuratiſſimus. (4)

Aſ-

(4) Ponderaz. marit. Ab Italis ad Hiſpanos, inde ad Belgas aſſecurationis uſum proceſſiſſe notat Clariſſ. *Stypmannus*; & cum Antwerpiæ rei navalis ſcientia, & mercaturæ gloria celeberrimæ Forum eſſet, quod Burſam dicebant, in quo nauticæ controverſiæ decidebantur, juxta obſervantiam, & ſtatuta illius Civitatis quæ ſuper aſſecurationis contractu quæſtiones oriebantur, dijudicari conſueverat; donec edita a *Philippo* II. Hiſpan. Rege conſtitutione an. 1563., denuo promulgata an. 1570., quæ aſſecurationi modum, & legem præ-

Digitized by Google

Aſſecuratio igitur Contractus eſt, per quem *aliquis periculum, cui merces, vel res alio exportandæ, & ipſa etiam navis ultro navigatura obnoxia eſt; in ſe ſuſcipit, & indemnitatis nomine certum pretium periculi conſequitur* (5). Mirum eſt quantum maritimi juris ſcriptores hic loci diſputarint cui potiſſimum civilium contractuum ordini aſſecurationem addicerent, & quo Romano nomine eam præcipue nuncuparent (6). Ita enim ſtu-

præſcribebat, ad ejuſdem conſtitutionis normam jura, & obligationes mercatores componere juſſi ſunt; quod quidem & apud Batavos, Amſtelodamenſes, Germanos, præcipue Hamburgenſes, & reliquas civitates Hanſeaticas, ac maritimas poſtea invaluiſſe obſervavit laudatus *Stypmannus*, inter quos aſſecurationis contractus una cum ſtylo Burſæ Antwerpienſis juxta Philippicam conſtitutionem obtinuit: Vid. *Stypm.* Jur. marit. P. III. Cap. 7. n. 9. 10. & ſeqq. *Kurick.* Diatrib. de Aſſecurat.

(5) *Grotius* Introduct. ad Juriſprud. Holland. averſionem periculi ita definit Lib. 2. part. 24. *quod ſit conventio, ſive contractus, quo quis in ſe ſuſcipit incertum periculum, cui alter erat obnoxius, qui e contrario eo nomine illi præmium retribuere tenetur.*

(6) Vid. *Stypm.* cit. cap. n. 21. & ſeqq. *Loccen.* de jur. marit. Lib. II. cap. 5. §. 3. *Santern.* de adſecurat. par. 1. n.

ſtudio Romani juris implíciti ſunt, ut in Pandectarum, Codiciſque voluminibus totam juris diſciplinam, æqui, bonique ſcientiam concludant, nec aliunde æquitatem & juſtitiam, quam ex Romanis legibus deduci poſſe arbitrentur.

Nos omiſſis inanibus, futilibuſque quæſtionibus, an ſcilicet nominatus, ſive innominatus Contractus hujuſmodi dicatur, aut fidejuſſionem, emptionem, venditionem, & ſimilia appellemus, Aſſecurationem pactum eſſe in genere dicimus, & ad eos Contractus remittimus, qui aleam continent, veluti qui in incerta rei exiſtentia omnino conſiſtit. Ea enim eſt illius natura, ut quis periculum, rem nempe probabilem, cum præmio ipſius periculi permutat, quod quidem pactum naturali juri licitum eſt, cum rei probabiliter exituræ nomine quidquid veniat æſtimabile, ac rei certæ quodammodo æquiparetur; probabilitates enim ad calculum, ut toties innuimus, redigi poſſunt, ac veluti ali-

1. n. 7. & par. 4. n. 13. *Marquard.* de Jur. mercat. Lib. 2. cap. 8. *Scacciam* Tract. de commerc. quæſt. 7. par. 3. lim. 6. n. 5. *Stracch.* in præfat. num. 47. 9. & illud.

aliquid ens reale habentur. Verum ſtatuto rerum pretio, cum æqualitas, quoad fieri poteſt, in Contractibus ſervari debeat, (7) tunc Aſſecuratores, & Aſſecuratos æqualiter conveniſſe dixeris, ſi futuri periculi probabilitas ſit ad ejus improbabilitatem, ut præmium periculi ad valorem rei probabiliter perituræ, eamdemque inverſa methodo proportionem invenias (8), adiicias tamen aliquid oportet pro aſſecuratoris mercede, quam homines in agendis negotiis operæ, & induſtriæ præmium merito percipiunt.

Hinc pretium periculi creſcit in aſſecuratione, & decreſcit ut in nautico fœnore, prout

H ipſum

---

(7) *In Contractibus natura æqualitatem imperat, & ita quidem ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti.* *Grot.* de J. B. & P. Lib. II. cap. 12. §. 8.

(8) Illud habere poſſumus ex perpetuis obſervationibus circa numerum navium, quæ ex aliquo loco ad alium navigant, ubi merces, ſive navis aſſecuratur, & numerum earum, quæ illuc adpulerint, habità quoque jactus ratione, omniſque detrimenti, quod aſſecurationi ſubiicitur; quibus omnibus rite perpenſis, & media proportionali inventa, ea juſtum aſſecurationis, nempe periculi pretium eſſe videtur.

ipſum periculum majus, minuſve percipitur, veluti ſi hyberno tempore navigatio fiat, aut ſi longum iter, mare ſcopulis infeſtum, contrariiſque ventis agitatum, prædonum, aut piratarum incurſu, aliiſque periculis metuendum navigari debeat; uno verbo ſi rei naturam ſpectes, eo uſque per ſeriem quamdam arithmeticam pervenire poteſt periculi metus, ut illius pretium mercium, aut rerum aſſecuratarum æſtimationem æquiparet, quod tunc fiet cum probabilitates eas amittendi, & illas ſervandi ejuſdem menſuræ, & ponderis eſſe cognoſcamus. Periculi nomine hic loci ea omnia diſcrimina intelligimus, quæ fortunæ tribuenda ſunt, & quorum cauſa res aſſecuratæ aut pereunt, aut deteriores fiunt. (9)

Si

(y) Nonnulli tamen arg. L. 25. D. pro Socio. & L. 1. de peric. & comm. rei vend. latius periculi nomen accipiunt, ac quidquid etiam naucleri, nautarumque nequitia, aut imperitia evenit, in ea voce concludunt, ita, ut qui ad quodvis periculum ſe obbligavit nullam habeat exceptionem, & detrimentum omne, licet alterius dolo, aut culpæ acceptum referendum ſit, præſtare teneatur. *Vid. Kurick.* Diatrib. de Aſſecurat. Verum

Si incertæ rei exiſtentiæ contractus hic innititur, & alea eſt illius fundamentum, ac juſtitiæ menſura, iniuria aget Aſſecurator ſi merces jam ſalvas eſſe noverit, aut alter eas periiſſe certo ſciat, proindeque nullus erit Contractus, cum incertus rei eventus, in quo peculiariter ſita eſt illius ſubſtantia omnino deficiat. Dubitatum vero fuit, an licet res ſalvæ, aut deperditæ fuerint, & id neutri contrahentium innoteſcat, contractus valeat, & viciſſim obligationes vindicari poſſint; ubi diſtinguendum eſſe videtur, utrum adſecuratio de futura navis fortuna contracta ſit, aut elapſum jam tempus reſpiciat, veluti ſi ita conveniant contrahentes, ut in eventum boni, aut mali nuntii alter indemnitatem præſtet, aut præmium

 con-

tum in propoſita ſpecie receptior eſt ſententia, & æquitati conſentanea, ut qui periculum in ſe ſuſcepit, illa tantum damna eo nomine intelligantur, quæ caſu fortuito obveniunt. *Loccen.* de Jur. marit. Lib. II. Cap. 5. §. 5. *Stypman.* Jur. marit. P. III. Cap. VII. n. 316. *Grot.* Introd. ad Juriſp. Holland. Lib. 3. cap. 24. Plura *Santerna* de Aſſec. par. 3. n. 75. & ſeqq. & part. 4. n. 1. & ſeqq. Cæterum pactis omnino & conventionibus ſtandum eſt.

conſequatur. Primo caſu aſſecuratio irrita eſt, cum rei futuræ exiſtentiam in contractum deduxerint contrahentes; ſecundo vero pactum licitum eſt, & ut cæteræ voluntariæ ſponſiones nulli naturali legi adverſatur. (10)

Expoſitis iis, quæ Contractus naturam, æquitatem, & ſubſtantiam conſtituunt, jura, & obligationes, quæ ex naufragio ortum ducunt facile deducuntur. Cum enim in eo miſerrimo infortunio conditio adimpleatur, ſub qua aſſecurator damnum præſtare pollicitus eſt, obligatio perficitur, & aſſecurato contra eum actio competit ad æſtimationem rerum, quæ perierunt, & quarum indemnitati aſſecurator ſubſcripſit. Excipias tamen caſum, ubi non vi majori, & fortunæ, ſed dolo potius, fraudi, aut culpæ nautarum, vel domini mercium accepta ſit earum amiſſio, cum maris pericula, & caſus fortuitos, (11) non eorum imperitiam, & ne-

(10) Vid. *Henric. Coccej.* in Comment. ad *Grot.* de Jur. Belli, & Pac. Lib. II. cap. 12. §. 23. & Exercit. Curioſ. Diſp. 86. §. 17. & ſeqq.

(11) Ita Aſſecurator ea damna præſtare non tenetur, quæ ex ipſa mercium conditione, natura, vitio oriuntur; puta ſi merces ſint fructus, vel res quæ ſervari nequeant,

negligentiam, ſive dolum in ſe ſuſceperit Aſſecurator; tunc enim ejuſmodi calamitatis auctores rerum æſtimatione tenentur ex univerſalis Juſtitiæ regula, qua cautum eſt, ut qui cauſam damni dedit & ipſe ad ejuſdem damni refectionem obligetur. Dolus & culpa hic loci intervenire dicitur, puta ſi navarchus rectum iter lucri cauſa negligat, ac devium & longiorem curſum teneat; ſi neglecto aeris, cælique favore, ac interpoſita mora ad aliud tempus valde incommodum, & inconſulto Aſſecuratore navigationem differat, ſi mare ſcopulis, & tempeſtatibus celebre contra conventionis

 pla-

queant, vel quæ procedente tempore deteriores fiant. Vid. L. 15. §. 2. D. de locati conduct. Eadem enim damna non aliunde mercibus allata ſunt, ſed ex ipſarum natura deducuntur; quapropter non pericula itineris, quæ in conventionem venerunt, ſed vitia mercium dicenda ſunt; quod quidem unanimi Doctorum conſenſu firmatur. Verum ſi inter ſe mercatores paciſcantur, ut etiam periculi, quod ex intrinſeca rerum natura pendet indemnitatem præſtet Aſſecurator, valere pactum arbitror, cum & illud in alea ut plurimum poſitum ſit. Idem intelligas ſi de dolo præſtando inter aſſecuratos & aſſecuratores convenerit, quod quidem ut plurimum fieri ſolet.

placita naviget, uno verbo ſi quid ob negligentiam, inſcitiam, aut fraudem commiſerit, cui naufragium potiſſimum acceptum referendum ſit, ab indemnitate præſtanda liberatur. (12) Illuſtre doloſi facinoris exemplum refert *Livius* (L. 25.) cum narrat, *Poſthumium*, & *L. Pomponium* Publicanos naufragium conſulto iniiſſe, ut æſtimationem rerum, quas ipſi ementiebantur, a populo Romano perciperent. Cum enim Reſpub. periculum in ſe ſuſciperet earum rerum, quæ ad exercitum ferebantur, ipſi in veteres, quaſſataſque naves, quas poſtea ſubmerſerunt, paucis, & nullius pretii rebus impoſitis conſpicuas amiſiſſe merces dictitabant, quorum vero fraus, cum innotuiſſet, haud immunis a commerita pœna remanſit.

Quæſitum eſt, an merces Aſſecuratoris detrimento pereant, ſi ex una navi in aliam translatæ fuerint, quæ exinde ſuborta tempeſtate periit. Negant *Stypmannus* (cit. cap. n. 290.) aliique niſi in Aſſecurationis inſtrumento peculiariter facultas hujuſmodi concedatur. Verum iuxta naturalis æquitatis legem contrarium de-

(12) Vid. *Loccen.* cit. cap. §. 10.

deduci poſſe videtur, ſi illud majori mercium ſecuritati expedire viſum fuerit, veluti ſi merces ex veteri, & minus inſtructa navi in novam, firmiſque inſtrumentis munitam coniiciantur, quæ melius navigationi inſervire videatur, dummodo diutius non immoretur, quam neceſſitas poſtulat; utile enim Magiſter navis negotium aſſecurantis geſſerat, cui & ipſum aſſenſum præbiturum fuiſſe merito præſumi poteſt (13). Attamen improbandum non eſt pro majori commercii facilitate, fraudibuſque tollendis, ut Inſtrumenti (14) verba rigido obſerventur, & ex iis juris, & injuriæ regulæ deducantur.

Ex iis, quæ hactenus a nobis dicta ſunt, facile colligitur, ab aſſecuratore indemnitatem præſtandam eſſe earum rerum, quæ periculi avertendi cauſa amittuntur. (15) Hinc Jactus, qui

---

(13) Vid. *Joan. M. Lampredi* Jur. Publ. Univ. P. I. Cap. II. §. 23. in fin.

(14) Habes hujus Inſtrumenti formulam apud *Loccen.* cit. cap. §. 6. & *Stypman.* cit. cap. n. 425. qui conſulendi.

(15) Vid. *Henning. Bohem.* Exercit. ad Pand. XLIX. Cap. 3. §. 9.

qui ab Juriſconſulto merito propter caſum perditioni æquiparatur (16), aſſecuratoris detrimento fit, ſi tamen caſum excipias, ubi culpæ, aut dolo alicujus imputetur; caſus enim fortuitus, & inevitabilis, ut toties innuimus, in contractum deducitur. Quantum vero ex contributione, & Avaria Dominus recuperat, tantum rerum æſtimationi detrahitur, & Aſſecuratoris beneficio computatur, alioquin aſſecuratus locupletaretur cum aliena jactura, quod nefas omnino eſt. Illud autem hic loci animadvertendum eſt, veram, non adparentem indemnitatem præſtare aſſecuratorem, ita, ut ſi merces vel nullæ ſint, vel non tanti æſtimabiles quanti earum dominus affirmavit, vitietur Contractus, & quod revera detrimentum paſſus eſt aſſecuratus ab aſſecuratore præſtandum ſit.

Cæterum civilia omnino ſunt, quæ maritima locorum inſtituta circa aſſecurationis contractum ſtatuunt, ut nempe ſemper decima pars mercium aſſecurationi non ſubiiciatur, ut indemnitas non præſtetur ſi damnum unum pro

cen-

(16) L. 4. D. ad Leg. Rhod.

cento non excedat, & ſimilia (17), quæ hic loci referre ſupervacaneum foret. Lex enim naturæ jubet, ut pacta, & conventiones menſura ſint omnium jurium, & obligationum, quæ in Aſſecuratione ex naufragio ortum ducunt, & quæ in Inſtrumento Aſſecurationis continentur. Plura item ſuperſunt, quæ de hac re ſcribenti omittenda non eſſent, niſi ad ea, quæ circa naufragii jus verſantur lucubrationem meam, & ſtudium, qualecumque fuerit, concluſiſſem, proindeque aliena a propoſito mihi munere pertractarem. Qui plura deſiderat adeat erudititiſſimum *Stypmannum*, *Kurickium*, *Loccenium*, *Santernam*, cæteroſque juris maritimi ſcriptores, qui Aſſecurationis materiam numeris omnibus abſolutiſſimam reliquerunt.

Il-

(17) Ita ex naturali æquitate præmium periculi ſolutum integrum reſtituendum eſſet, ſi quis ab incepto itinere vi majori deſiſtere cogatur, cum ipſum periculum, atque adeo fundamentum Contractus evaneſcat; verum apud nos mos invaluit, ut in formula Inſtrumenti, ita ſtatuatur: E non ſi caricando, gli Aſſicuratori debbono tenerſi mezzo per 100. ed il reſto rendere a detti Aſſicurati.

Illud tamen animadvertendum eſt, ea quæ floriferis veluti apes in ſaltibus delibavimus, facile evincere, quantum ad juris maritimi regulas deducendas Jus naturale utile ſit, ex quo veluti ex uberrimo fonte jura omnia, & obligationes facile dimanant, quæ in civilibus legibus, & populorum inſtitutis inveniuntur, & quibus explicandis fruſtra quandoque, & inutiliter inſudarunt Interpretes, quod quidem iis omnibus evenire certum eſt, qui ad ſublimia rerum principia non evehuntur, neque ab iis in rebus ipſis edocendis, ſtatuendiſque exordium capiunt.

*F I N I S.*

IN-

# INDEX

## CAPITUM.

*Præfatio ad Lectorem.* Pag. 1.
CAP. I. *De Juris Naufragii ſignificatione.* 9.
CAP. II. *De fundamento Juris Naufragii, ubi nonnulla de Jure neceſſitatis theoremata.* 15.
CAP. III. *De ſui ipſius in Naufragio conſervatione.* 26.
CAP. IV. *De Jactu, & Avaria.* 36.
CAP. V. *De Jactu propter dolum, ſeu culpam facto.* 70.
CAP. VI. *De Jure domini in res naufragas.* 78.
CAP. VII. *De nautico fœnore.* 100.
CAP. ULT. *De Aſſecuratione.* 108.

Restauro del Libro
Badia di Cava

Digitized by Google

qui ab Juriſconſulto merito propter caſum perditioni æquiparatur (16), aſſecuratoris detrimento fit, ſi tamen caſum excipias, ubi culpæ, aut dolo alicujus imputetur; caſus enim fortuitus, & inevitabilis, ut toties innuimus, in contractum deducitur. Quantum vero ex contributione, & Avaria Dominus recuperat, tantum rerum æſtimationi detrahitur, & Aſſecuratoris beneficio computatur, alioquin aſſecuratus locupletaretur cum aliena jactura, quod nefas omnino eſt. Illud autem hic loci animadvertendum eſt, veram, non adparentem indemnitatem præſtare aſſecuratorem, ita, ut ſi merces vel nullæ ſint, vel non tanti æſtimabiles quanti earum dominus affirmavit, vitietur Contractus, & quod revera detrimentum paſſus eſt aſſecuratus ab aſſecuratore præſtandum ſit.

Cæterum civilia omnino ſunt, quæ maritima locorum inſtituta circa aſſecurationis contractum ſtatuunt, ut nempe ſemper decima pars mercium aſſecurationi non ſubiiciatur, ut indemnitas non præſtetur ſi damnum unum pro cen-

(16) L. 4. D. ad Leg. Rhod.

cento non excedat, & ſimilia (17), quæ hic loci referre ſupervacaneum foret. Lex enim naturæ jubet, ut pacta, & conventiones menſura ſint omnium jurium, & obligationum, quæ in Aſſecuratione ex naufragio ortum ducunt, & quæ in Inſtrumento Aſſecurationis continentur. Plura item ſuperſunt, quæ de hac re ſcribenti omittenda non eſſent, niſi ad ea, quæ circa naufragii jus verſantur lucubrationem meam, & ſtudium, qualecumque fuerit, concluſiſſem, proindeque aliena a propoſito mihi munere pertractarem. Qui plura deſiderat adeat eruditiſſimum *Stypmannum*, *Kurickium*, *Loccenium*, *Santernam*, cæteroſque juris maritimi ſcriptores, qui Aſſecurationis materiam numeris omnibus abſolutiſſimam reliquerunt.

Il-

(17) Ita ex naturali æquitate præmium periculi ſolutum integrum reſtituendum eſſet, ſi quis ab incepto itinere vi majori deſiſtere cogatur, cum ipſum periculum, atque adeo fundamentum Contractus evaneſcat; verum apud nos mos invaluit, ut in formula Inſtrumenti, ita ſtatuatur: E non ſi caricando, gli Aſſicuratori debbono tenerſi mezzo per 100. ed il reſto rendere a detti Aſſicurati.

Illud tamen animadvertendum eſt, ea quæ floriferis veluti apes in ſaltibus delibavimus, facile evincere, quantum ad juris maritimi regulas deducendas Jus naturale utile ſit, ex quo veluti ex uberrimo fonte jura omnia, & obligationes facile dimanant, quæ in civilibus legibus, & populorum inſtitutis inveniuntur, & quibus explicandis fruſtra quandoque, & inutiliter inſudarunt Interpretes, quod quidem iis omnibus evenire certum eſt, qui ad ſublimia rerum principia non evehuntur, neque ab iis in rebus ipſis edocendis, ſtatuendiſque exordium capiunt.

*FINIS.*

# INDEX

## CAPITUM.


*Præfatio ad Lectorem.* Pag. 1.

Cap. I. *De Juris Naufragii ſignificatione.* 9.

Cap. II. *De fundamento Juris Naufragii, ubi nonnulla de Jure neceſſitatis theoremata.* 15.

Cap. III. *De ſui ipſius in Naufragio conſervatione.* 26.

Cap. IV. *De Jactu, & Avaria.* 36.

Cap. V. *De Jactu propter dolum, ſeu culpam facto.* 70.

Cap. VI. *De Jure domini in res naufragas.* 78.

Cap. VII. *De nautico fœnore.* 100.

Cap. Ult. *De Aſſecuratione.* 108.

Digitized by Google

Restauro del Libro
Badia di Cava

Digitized by Google